J. N. J.

MEMORIA THEOLOGORUM WIRTEMBERGENSIUM RESUSCITATA,

h. e.

BIOGRAPHIA PRÆCIPVORVM VIRORUM,

qui à tempore Reformationis usque ad hanc noſtram ætatem partim in Ducatu Wirtembergico Verbum Domini docuerunt, partim extra ſuam hanc Patriam vocati Eccleſiæ Chriſti aliis in terris inſervierunt.

atq;

Vel ſcriptis Theologicis, vel officiorum dignitate, vel aliis meritis præſtantibus inclaruere.

Acceſſit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuſcriptis latentium, cum Supplementis atque Indicibus neceſſariis.

Pars II.

AUCTORE
M. LUDOVICO MELCHIORE FISCHLINO,
Miniſtro Verbi Stuttgardiano.

ULMÆ,
Sumptibus GEORGII WILHELMI Kühnel Bibliop. Anno M. DCC. IX.

INDEX

II. Partis Theologor. Wirtembergenſ.

Primus & Chronologicus.

	Natus.	Claruit.	Obiit.
ANdreas Oſiander D.	1562.	1600.	1617.
Matthias Hafenreffer⁹, D.	1561.	1600.	1619.
Matthæus Vogelius, Junior.	1563.	1601.	1624.
Jacobus Mageirus.	1564.	1602.	1624.
Johannes Oſiander.	1564.	1604.	1626.
Felix Bidembachius. D.	1564.	1604.	1612.
Erasmus Grüningerus.	1566.	1604.	1631.
Tobias Lotterus. D.	1568.	1607.	1631.
Lucas Oſiander. D.	1571.	1607.	1638.
Johannes Hauberus, D.	1572.	1608.	1620.
Michaël Schæferus, D.	1573.	1608.	1608.
Joh. Henricus Hiemer, D.	1573.	1610.	1621.
Chriſtopborus Enslinus.	1573.	1610.	1657.
Georgius Conradus Maiccler⁹,	1574.	1612.	1647.
Chriſtopborus Binderus, D.	1575.	1612.	1616.
Johannes Erbardus Cellius.	1575.	1612.	1627.
Daniel Hizlerus.	1576.	1615.	1635.
Johannes Hippolytus Brentius.	1572.	1618.	1630.

	Natus.	Clar.	Obiit.
Johannes Ulricus Pregizerus, D.	1577.	1620.	1656.
Sebastianus Hemmingerus.	1577.	1620.	1628.
Melchior Nicolai, D.	1578.	1620.	1659.
Christophorus Brunnius.	* * *		1617.
Erhardus Weinmannus.	1578.	1621.	1637.
Jacobus Reihingius, D.	1579.	1622.	1628.
Joannes Pfeilius.	1580	1622.	1636.
Bernhard. Lud. Locherus, D.	1580.	1622.	1631.
Jonas Hocckerus, L.	1581.	1612.	1617.
Petrus Meuderlinus.	1582.	1623.	1651.
Wilhelmus Heerbrandus.	1582.	1623.	1658.
Conradus Hochstetter.	1583.	1623	1661.
Jacobus Grabius.	1583.	1623.	1637.
Joh. Conradus Gœbelius.	1585.	1624.	1644.
Joh. Valent. Andreæ, D.	1586.	1624.	1654.
Theodorus Thummius, D.	1586.	1625.	1630.
Davides Steudlinus.	1587.	1625.	1637.
Johannes Joachimus Schülinus.	1588.	1626.	1658.
Johannes Jacobus Heinlinus.	1588.	1626.	1660.
Josephus Osiander.	1589.	1627.	1635.
Johannes Leonhardus Volmarus.	1591.	1627.	1647.
Bernhardus Wilderfinnius.	1592.	1628.	1661.
Josephus Schlotterbeccius.	1592.	1628.	1669.
Elias Springerus.	1592.	1628.	1665.
Johannes Henricus Faber.	1592.	1628.	1661.
Wolffgang. Jacob. Christmañus	1597.	1628.	1631.
Christophorus Oertlinus.	1598.	1628.	1628.
Levinus Sutor.	1597.	* * *	1652.
Martinus Hockius.	1592.	1630.	1636.
Tobias Wagnerus, D.	1598.	1635.	1680.
Johannes Falco.	1599.	1634.	1634.

	Nat.	Clar.	Obiit.
Melchior Sylveſter Eckhardus.	1600.	1645.	1650.
Chriſtopborus Lindenmajerus.	1602.	1645.	1666.
Joſephus Demmlerus, D.	1603.	1650.	1659.
Johannes Conradus Zellerus.	1603.	1650.	1683.
Johannes Gebhardus.	1603.	1650.	1686.
JohañesChriſtophor. Hingherus.	1604.	1650.	1678.
Chriſtophorus Zellerus, D.	1605.	1650.	1669.
Jacobus Müllerus.	1605.	1650.	1668.
Johannes Melchior Nicolai.	1606	1660.	1675.
Johannes Schübelius.	1606.	1660.	1671.
Johannes Ulricus Bauderus.	1610.	1665.	1681.
Joh. Jacobus Müllerus.	1610.	1665.	1675.
Henricus Schmidius, D.	1611.	1650.	1653.
Joſephus Cappelius.	1614.	1670.	1689.
Johannes Henricus Wielandus.	1616.	1670.	1676.
Balthaſar Raithius, D.	1616.	1670	1683.
Johannes Grafft, D.	1618.	1670.	1695.
Matthæus Eſenwein.	1620.	1670.	1672.
Johannes Zellerus.	1620	1680.	1694.
Joban Adamus Oſiander, D.	1622.	1680.	1697.
Joh. Fridericus Lauxius.	1623.	1669	1669.
Georgius Henricus Kellerus, D.	1624.	1680.	1702.
Tobias Cantſtetterus.	1625.	1666.	1668.
Paulus Achatius Daſerus.	1626.	1680.	1694.
Chriſtopborus Wölfflinus, D.	1525.	1680.	1688.
Joh. Laurentius Schmidlinus.	1626.	1682.	1692.
Joh. Eberhardus Knollius.	1629.	1684.	1689.
Johannes Jacobus Müllerus.	1629.	1685.	1699.
Andreas Carolus.	1632.	1085.	1704.
Joban Wolffgangus Dietericus.	1636.	1685.	1706.
Michaël Müllerus, D.	1639.	1683.	1702.

Index I.

	Nat.	Clar.	Ob.
Johan. Jacobus Steinhofer, D.	1640.	1685.	1692.
Joh. Henricus Schellenbaurius.	1643.	1685.	1687.
Joh. Jacobus Langius.	1646.	1690.	1690.
Georgius Henric. Hæberlinus, D.	1644.	1685.	1699.
Johannes Ceorgius Essichius.	1645.	1690.	1705.
Tobias Hessus.	1645.	1690.	1693.
Hieronymus Magirus.	1662.	1690.	1692.
Andreas Davides Carolus.	1658.	1700	1707.
Joh. Reinhardus Hedingerus, D.	1664.	1700.	1704.
Christophorus Reuchlinus, D.	1660.	1700.	1707.
Joh. Bartholomæus Haage.	1633.	1700.	1709.

ANDREAS

ANDREAS OSIANDER, Heerbrandum aliquot Annorum intervallo in munere Cancellariatûs & Præpoſituræ Tubingenſis ſecutus, natalem ſuum habuit Blabyræ in margine Ducatus Wirtembergici, Anno 1562. d. 27. Martii, Patre Luca Oſiandro, Seniore, Concionatore Aulico, dicti Oppidi tùm Superintendente, Matre Margaretha Entringeria. Scholas Triviales Stuttgardiæ Præceptoribus Wackero & Kauffmanno frequentavit tàm facili promtóque Ingenio puer, ut anno ætatis 14. Stipendiariorum numero adſcriptus primam lauream promeruerit; Triennio poſt alterâ lauro ornatus, Anno 1578. Miniſterio admotus primam ſpartam adiit Uraci, ut Diaconus. Anno 1584. Secundam Giglingæ, ut Paſtor & Superintendens. Anno 1587. Tertiam Stuttgardiæ 1590. ut Concionator Aulicus Sereniſſimi Ducis Ludovici, nec non poſtea Friderici 1594. Quartam ut Abbas Adelbergenſis & Generalis Superintendens Anno 1598. Quintam ut Cancellarius & Præpoſitus Tubingenſis, publicè inauguratus à Joh. Magiro, Præpoſito Stuttgardiano d. 14. Maji, An. 1605. Theologiæ Doctor jamjam renunciatus fuerat Anno 1592. Votatus de cætero etiam ab aliis, Lipſienſibus, Roſtochienſibus, Jenenſibus & Witebergenſibus, ſed

Nat. 1562. Cl. 1600. Ob. 1617.

fruſtra, non dimittente illum Principe Wirtembergico. In Conjugem duxit Barbaram Samuelis Heilandi, Stipendiariorum Ephori Filiam, cum qua 33. annis ſine ulla animi læſura ſuaviter vixit & octodecim Liberos genuit, quorum novem illi fuerunt ſuperſtites. Theologus vigilans prudens & conſtans, (a) qui Profeſſoriæ Stationi permagno Auditorii fructu præfuit, robuſtus Elenchticus perſpicuus Exegeticus, utrobique artificioſus Orthotomicus, cujus dexteritatem in rebus gerendis actio inſtituta Waldenburgica, quâ primum eximio ſanorum Theologorum fulguri D. Jac. Andreæ additus fuit; colloquium Badenſe 1589. habitum & Ratisbonenſe, 1600. ut & Acta Hallenſia & Mömpelgardica, cæteraque plura loquuntur. (b) Scriptis de Eccleſia optimè meritus, editis præſertim Bibliis cum emendationibus & explicationibus ſuperiorum verſionum & obſervationibus ex Theologorum lucubrationibus depromtis; (c) & Libello, cui Titulum fecit: Papa non Papa, ex quo anſam B. Gerhardus ſumſiſſe fertur conſcribendæ Confeſſionis ſuæ Catholicæ, noti & vaſti operis. (d) Vitam cum morte per tabiferum morbum commutavit 1617. die 21. Aprilis, ætatis 55. Miniſterii 33. Suprema laudatione illum proſecutus eſt Matthias Hafenrefferus, Succeſſor,

(a) *Carol. Memorab. T. I. p m. 242.*

(b) *Programma Univ. Tubing. p. 5. 6. & ex eo G. M. Königius Biblioth. p. m. 593.*

(c) *Quenſtedt de Patriis Ill. Vir. p. 168.*

(d) *Carol. loc. cit.*

for, (e) habitâ Oratione & Concione ex Gen. 50. 25.

Epitaphium ejus hoc est:

D. Andreæ Osiandro, D. Lucæ Filio SS. Theol. Doctori Blabyræ Wirtembergiæ Oppido Anno 1562. 7. Cal. Junii nato: Viro in quo Ingenium divinum, & promta, polita gravisque agendarum rerum dexteritas, eruditio multiplex ac singularis, Scientia ac Praxis Theologica præstans, docta supraque modum elegans facundia, morum integritas ac suavitas, admiranda modestia atque humanitas erga omnes aperta, cum summa in Deum religione & insigni meritorum in Ecclesiam Christi magnitudine unà sociata vixere, qui cunctos sanctorum officiorum gradus antea magna cum laude adeptus, Diaconus, Pastor, Episcopus Specialis, Generalis, Ecclesiastes, Abbas & Consiliarius Wirtembergicus, tandem Academiæ Tubingensis Professor, Cancellarius & Ecclesiæ hujus Præpositus delectus

(e) *Quas in compendium redegere P. Freherus Theatr. Ill. Vir. p. m. 391 Effigiem ejus simul exhibens, & Joh. Bechtius Supplem. H. E. p. m. 156.*

lectus fuit. In omni officii genere fido, prudenti, alacri; Theologo pio, tentato, probato, forti, magno, posteaquam orbem Christianum Scriptorum gestorumque suorum fama implesset per tabiferum morbum placida & sancta: ô quàm Ecclesiæ ac Reipublicæ acerbâ morte! Anno 1617. 11. Cal. Maji, Tubingæ denato.

Uxor Barbara Heilandina, quâ cum annis 33. sine ulla animi læsura suaviter fructus est, & Liberi ex 18. superstites 9. Marito & Patri optimè de se merito lamentabili & desiderabili fletu P. C.

Tumulum carmine honoravit G. C. Maicclerus, P. L.

Parte minore sui jacet hâc Osiander in urnâ
Andreas forti pectore & Ingenio.
Parte sui Sanctos inter meliore triumphat
Conveniunt rebus nomina clara suis. (f)

Scripta.

Biblia Latina cum Annotationibus. Francofurti. Anno 1606. in fol.

Disputatio de Peccato Originis, Tubingæ. Anno 1584. in 4.

(f) *Libr. Epigr. I. p. 6.*

Tar-

Tractatus de Omnipræsentia Christi contra Christianum Waldensem, personatum Calvinianum, Tubingæ, 1587. in 4.

Duæ Tabulæ contra Calvinianos assertæ, 1591. 4.

Responsum ad Analysin Gregorii de Valentiâ, Jesuitæ de Ecclesiâ, Ibid. 1593. in 4.

Defensio Responsi ad Analysin. 1594. in 4.

* *Confessionis Catholicæ Joh. Gerhardi Occasio. vid. supra. Carol. loc. cit. Primum illud contra Jesuitam Scriptum Andreæ Osiandro, plenam in salarium Ecclesiastis Aulici quo antea nondum gaudebat, immissionem. Alterum triginta florenorum poculum argenteum promeruit. test Act. contra Greg. de Valent.*

Epistola Synodica ad Jo. Pistorium de Jure Canonico, Tubingæ, 1594. in 4.

Apologia contra crassissima mendacia Tenebrionis cujusdam Ingolstadiensis circa secunda peccata A. Osiandro imputata, Ibid. 1595. in 4.

Assertiones de Conciliis.

Papa non Papa, h. e. Papæ & Papicolarum de præcipuis Christianæ fidei partibus Lutherana Confessio, Tubingæ. 1599. in 8. 1600. in 8. Francofurti, 1610. in 12.

Inquisitio Catholica de tractandis Hæreticis Inquisitioni Hispanicæ opposita, Tubingæ, 1609. in 4.

Disputationes XIII. in Librum Concordiæ. Francofurti. 1611. in 8.

Dissertatio de fugâ Pestis, Ibid. 1611. in 4.

Themata de Mediatore θεανθρώπω, Jesu Christo. Resp. Joh. Donner. 1612. in 4.

De Imagine Dei in homine ante lapsum, 1613. 4.

De Unione personali, Ib. 1614. *in* 4.
De Communicatione Idiomatum, An. 1614. *in* 4.
De Statu Exinanitionis & Glorificationis, 1614. 4.
De Officio Christi triplici, Tub. 1615. 4.
De Baptismo, Ibid. 1615. 4.
De Eucharista, Ibid. 1615. 4.
De Creatione, Ibid. 1616. 4.

Orationes.

Oratio de Vitâ & Obitu Friderici, Ducis Wirtembergiæ & Teccіæ, &c. Tubingæ, 1608. *in* 4.
Oratio Funebris in Obitum Andreæ Grammeri, Abbatis Bebenhusani, Ibid. 1612. 4.
Oratio de Vita & Obitu, Johannis Magiri Præpositi Wirtenbergico-Stuttgardiani, 1614. 4.
Oratio de Vita & Morte Illustrissimæ Principis ac Dominæ Sibyllæ, Friderici, Wirtembergiæ Ducis, Conjugis, Stuttgardiæ, 1615. 4.

Germanica.

Wirtembergisches *Communicanten* **- Büchlein.**
Libellus utilissimus multoties recusus, Tub. 1590. *in* 8. *Spiræ,* 1612 *in* 8 *Heilbronnæ,* 1651. *in* 8. *Stuttgardiæ & Tubingæ singulis annis cum Catechismo Brentiano, & Libellis hymnorum. Illustratus nuperrimè à Domino, Erico Weismanno, Antistite Stuttgardiano, Stuttgardiæ,* 1704. 1706. 1708. *in* 12.

Treuhertziger Unterricht / wessen man sich in Absterbung eines treuhertzigen Ehgatten tröste solle / Tübingen / 1594. in 8.

Bestungs-

Böstungs-Predigt von der Böstung Hohenwiel/ Tübingen/ 1594. in 4.

Neu Jahrs-Predigt/ 1595. 1598. in 4.

Predigt vom Erdbidem/ 1601. in 4.

Vocations-und Amts-Predigt auß *Jerem. I. v. 7.* bey Antritt deß *Cancellariats* zu Tübingen/ *Dominica II. Trin.* gehalten/ Tübingen/ bey *Cellio*, 1606. in 4.

Eine Predigt am *IV.* Sonntag *Epiphan.* 1607. zu Tübingen und Mömpelgardt / 1609. in 4.

Creutz-Predigt/ wie sich die Christen in allerley Creutz schicken sollen/ am Tage Bartholomäi gehalten/ Franckfurt/ 1608. in 4.

Præsentations-Predigt über den Probsten zu Stuttgardt *Erasmum* Gröningern / bey dessen Einsetzung/ Tübingen/ 1614. in 4.

Beicht-Lehr-Trost- und Bett-Büchlein/ Tübingen / 1612. Stuttgardt/ 1625. in 12.

Conc. Funebres.

Leichpredigt über dem Tod deß Durchleuchtigsten Fürsten und Herren/ Ludwigs/ Hertzogs zu Wirtemberg und Teck/ auß Ps. 103. v. 15. 16. Tübingen/ 1593. in 4.

Leichpr. über Fr. *Cordula Bozerin*, *Henrici Boceri J. U. D.* und *Prof.* Ehfrau/ 1606. in 4.

über *Martini Crusii. Græcæ Ling. Prof.* Tod/ auß *Act. VII. v. 59. 1607. in 4.*

über dem Tod *Georgii Burckhardi*, *Prof. Philos. Es. 38. v. 12. 1607.* in 4.

Leichpredigt über den Tod Annä Nippenburgin/ Tübingen/ 1608. 4.

Leichpr. über dem Absterben deß Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn/ *Friderici*, Hertzogen zu Wirtemberg und Teck/ 1608. in 4.

über dem Tod/ Johannis Stechers/ Abbten zu Bebenhausen/ *Rom. VIII.* 35-39. Tübingen/ 1611. in 4.

über dem Tod Andreä Grammers/ Abbten zu Bebenhausen/ *Matth. IV. v.* 18. 19. 20. Tübingen/ 1612. 4.

Hymni.

Ein Christlich Danck-Lied für allerley Wohlthaten GOttes/ dessen Anfang: Mein GOtt ich allezeit preiß/ in 5. Gesetzen.

Ein geistlich Triumph-Lied der Kinder GOttes über ihre geistl. Feinde; fangt an: Trutz Teufel/ Welt und Tod/ 9. Gesetz. *

* Vid. Wirtembergisch Gesang-Buch/ Stuttgardt/ 1667. edit. 24. pag. 244. 248.

Nat. 1561.
Cl. 1600.
Ob. 1619.

MATTHIAS HAFENREFFERUS, Cancellarius Academiæ Tubingensis, & Ecclesiæ Præpositus natus ipso natali Festo Johannis Baptistæ, Anno 1551. G. M. Kœnigius ait, Anno 1560. (a) sed malè. Contrarium testantibus Th. Thummio & Osiandro, Parentatoribus. Patre Matthia, Præfecto Monasterii

(a) *Biblioth. Vet. & Nov. p. 375.*

sterii Lorchensis, Matre Heinrichmannia. Literas didicit sub Informatione Conradi Thaneri Viri pii nec indocti, qui prædicti Monasterii Conventualis fuerat, atque Pontificios Errores detestatus, exuto cucullo privatam in Laureacensi pago vitam agebat; Accepto, quod Ulricus Dux constituerat, annuo penso. Is ne pane suo ingratus vesceretur, pueros in primis Literarum rudimentis suæ curæ & industriæ commissos fideliter instituit, quorum haud pauci brevi admodum tempore sic profecerunt, ut digni inventi fuerint, qui scholaribus Stipendiatis in Monasterio Laureacensi post ejus Reformationem clementer sustentatis, adjungerentur; (b) quos inter fuit Hafenrefferus, An. 1573. in Laureacense, Anno ætatis 14. in St. Georgianum, Anno 1578. in Hirsaugiense & Anno 1579. in Stipendium Tubingense receptus. Prima Laurea Anno 1577. Magisterii honore 1581. ornatus, postea Repetens Stipendii factus. Ministerio initiatus Anno 1586. Diaconum ab initio Herrenbergensem; Biennio post 1588. Pastorem Ehningensem in Campestribus; Porrò circa 1590. Concionatorem Aulicum Confessionarium & Sacrum Consiliarium per 6. Annos egit. Anno 1592. d. 23. August. Comite & Competitore A. Osiandro, Doctor creatus atque ad Professionem Theologicam & Ducalis Stipendii Inspectionem traductus, cui muneri per 26. annos continuos eâ fide curaque verè paternâ præfuit, ut major vel ab ipso vel à quoquam alio requiri nunquam potuerit. (c) Tandem verò ad ipsum Can-

 cella-

(b) *Luc. Osiand. in Orat. Fun. p. m. 11.*
(c) *Osiand. loc. cit. p. 20.*

lariatum & Præpoſituram Tubingenſem evectus fuit, Anno 1617. In thori Sociam Anno 1588. aſſumſit Agatham Magni Wirtembergiæ Reformatoris, Johannis Brentii, Filiam, M. Thomæ Spindleri, qui Linzii ſupra Aniſum Proceribus Provincialibus per aliquot Annos Primarius Concionator, ante hac autem Specialis Superintendens Stuttgardianus fuerat, relictam Viduam, quæ cum eo vixit 13. Annos, decima prole fœcunda, filiis cum primis, Samuele, qui Medicinæ Doctor & Profeſſor; atque M. Davide, qui Cantſtadienſium Superintendens evaſit. Et Filia Agatha, Joh. Kieſio, Superattendenti tandem Cantſtadienſi elocata. Secundam Conjugem habuit Euphroſynam Beſſereriam, gentilitiæ familiæ Virginem, Conſulis in Imperiali Memmingâ, filiam, è quâ 19. Annorum Spatio quinque Liberos ſuſtulit. Ex utroque Conjugio Patri ſuperſtites fuerunt 4. Filii & 2. Filiæ. (d) Vir fuit, qualem Würtembergia poſt ipſum vix habuit; Theologus quippe, Wagnero teſte (e) tàm abſolutus, ut in ipſo de Palma certaſſe videantur dona ſanctificantia, quorum baſis eſt Timor Domini & Pietas, cum donis adminiſtrantibus, quorum fundamentum proximum eſt profundiſſima rerum omnium tâm divinarum, quàm humanarum cognitio. Certè in magni Nominis Viro, juxta Rauſcheri Encomium, (f) Pietas & Eruditio videbantur omninò fœdere amiciſſimo ita conſpirâſſe, ut in exornando tàm raro Cœli depoſito, certamine quodam

(d) *Id. ibid. p. 29.*
(e) *Auſpic. Acad p. 15.*
(f) *Apud. Carol. Memor. T. I. p. 4. 76.*

dam perofficioso Vires suas experirentur ; Quo vivente id compendii Theologia habuit , ut verecundæ Virginis nomen possideret, lapsu temporis non parùm de pristina illius venustate delibante, postquam privatæ charitates prævalescere ac divinæ Gloriæ currum albis equis anticipare cœperunt. Joh. Valent. Andreæ de eo, ut Præceptore suo, sequenti verborum elegantium tenore hæc exhibet : In Hafenreffero omnia fuerant summa, Pietas, Eruditio, Candor, temperantia & eximia quæque in Theologo Ornamenta, quæ coram vidisse & consuetudine domestica infixisse animo sæpè sum mihi gratulatus, doluique contra in aliis ejusdem Ordinis longè dissimilia reperiri. (ff) Nec minori in pretio exteris habitus, cum non solùm Antonius Reiserus (g) adductum modò Andreæ Elogium approbaverit, sed etiam Theoph. Spizelius, quæ sparsim in aliis reperiantur Theologis dona in Hafenreffero simul concurrisse, fuerit Professus. (h) D. Gœzius quoque Theologum appellat & doctrinæ puritate & vitæ innocentiâ conspicuum. (i) Joh. Purius verò charitatis Evangelico-Lutheranæ admirandum Exemplar. (k) Omnium tamen laudes in centrum quasi, coegit Thomas Lansius, qui eum optimum καὶ μαλιστα Θεοδιδακτον vocat; imò summatem Theologum, de quo verissimè usurpaverimus: Non est

(ff) *Apud Carolum, l. cit.*

(g) *In Selen. Augusta ap. Anton. Reisarum in Epist. ad Spizelium.*

(h) *Spizel. Templum Honor. p. 53.*

(i) *In Schediasm. de conversis Pontificiis. p. 47.*

(k) *Apud G. Serpil. p. 126.*

eſt inventus ſimilis illi noſtri ævi temporibus. (l) Cumprimis animum ejus ab avaritia alieniſſimum fuiſſe teſtatur, incomparabili bonæ Conſcientiæ & Pietatis quæſtu contentum & ſæpius ingenuè profeſſum : Non poſſe ſe ſimul & Sacro Sanctis Bibliis ſcrutandis & profanis divitiis coacervandis ſtudia curasque impendere. Crebro ille laudabat, uti laude omni majus eſt, pulcherrimum Johannis Brentii, præcipui poſt Lutherum in Germania Theologi factum : Quo ille honorarium centum aureorum, â Sapientiſſimo Principe Chriſtophoro duce Wirtembergiæ pro dedicatione Commentarii in Epiſtolam D. Pauli ad Romanos oblatum modeſtiſſimè recuſaverat ; Ne ſcilicet occaſione Theologicorum, Scriptorum nummos conquirere ; & Theologiam promercalem facere velle videretur. Itaque, qui à piis probisque, ſed pauperculis Parentibus, hæreditatem acceperat tenuem ; Qui naturâ, & Sanctiſſimo vitæ inſtituto Contemptor erat nummorum ; Qui perpetuo Virtutum exercitio, hoſpitalitate in advenas, liberalitate in Egenos, Benignitate in Amicos, Charitate in omnes ; qui denique educatione liberorum, & honeſtâ, frugali tamen, familiæ ſuſtentatione ; annuos reditus facilè exhauriebat ; Et qui terrenis opibus mallebat minor eſſe, ut Gratiâ DEi, intemeratâ Conſcientiâ, & Epiſcopalibus Virtutibus Major eſſet ; Non poterat non anguſtas & pertenues fortunulas Uxori & Liberis relinquere. Unde factum ut multoties ad Lanſium & alios interioris admiſſionis amicos talia liberè profaretur : Ille, & iſte, & hic, & alii, non minùs olim pauperes fuere,

(l) *Mantiſſ. Conſultat. p. 599.*

re, quàm Ego: Illi tamen hodiè pecunioſi ſunt, opulenti ſunt, multa millia numerant; Aſt Ego ſemper Joannes in Eodem. Si hodiè morior: Ubi chariſſima Uxor, & Liberi mei impuberes minoresque deinceps habebunt panem? Sed DEus meus, cui ſervio, qui me ex pulvere huc extulit, & inenarrabilibus beneficiis univerſam vitam meam cumulavit, non deſeret meos. Inclytus quoque Princeps meus, à quo me amari ſcio, pro incredibili Benignitate; quæ paſſim in omnes eſt magna in me verò longe maxima; non deſtituet meos. Quin etiam Amici, quos habui hactenus & multos & magnos, neceſſitudinis jura non ſtatim mecum ſepulchro claudent; Et ſpero penitus, fore, qui Amicitiæ uſumfructum Uxori & liberis meis ſalvum præſtent. Hæ erant Hafenrefferianæ opes: Hæc mœſtiſſimæ viduæ & Liberis relicta ſolatia. (m) Modeſtia ejus inde colligi poteſt, quod munera non ambienti, ſed invito & reluctanti fuerint commiſſa. Ita enim Eninga pago, ubi Paſtorem egit, præter omnem expectationem tractus eſt in Aulam Wirtembergicam ad Eccleſiaſtæ & Sacri Conſiſtorii Provinciam; Ex Aulâ ad Profeſſionem Academico-Tubingenſem & Ducalis Stipendii Ephoriam, quantumvis precibus intercederet, nolens volens ductus eſt. Demùm etiam Cancellariatus Academiæ ei eſt concreditus, ſed reluctanti. (n) Factum inde, ut cuncti ejus labores, ſtudia, actionesque feliciſſimum habuerint progreſſum, imò in Templi pariter ac Auditorii Cathedrâ ad-

(m) *Lanſius in Monum. Amic. pag. 29. 30. edit. prime.*

(n) *P. Freh. Theatr. Clar. Vir. p. 400.*

admirandus prorſus apparuerit. (o) Patientiam Viri adverſitates variæ & malignorum odia exercuerunt. Cum quidam Aulicus Turbo (incertum, annon & Circias quidam de Schola tunc ex latere ſuos impetus miſcuerit) integerrimum Virorum ex Præpoſituræ domo, quam incolebat, ſubitò & quidem die feſto ejiceret; Atque etiam ab Ordinario Profeſſoratus munere, quâ jam is in XIIIum. annum cum ſumma laude & Gloria erat defunctus, in Extraordinarium deturbare minaretur. Non tamen ille hæc talia curabat magnopere; Hac unâ cogitatione omnem ſolicitudinem complexus, quod timeret, ne iſta repentina mutatio & hæc procelloſa Conſilia aliqua via in Sacri Miniſterii contemptum & dedecus vergerent. Et alii, cum à Sereniſſimo Principe illi demandaretur Cancellariatus Academiæ, fuerunt invidi, qui voto ſuo fruſtrati contumelioſas ſubinde voces præ indignatione eructabant, cum dicere auderent; Hafenrefferi perſonæ, non verò Cancellariatus muneri conſultum eſſe: Ille, etſi hæc edoctus aliunde, (tamen flocci pendebat, &, uti erat omnis ſecreti capaciſſimus, ſolo ſilentio vindicabat. (p) Hoſpitalitate ipſius, quæ tanta erat, ut menſa Hafenrefferiana ſine hoſpite fuerit nunquam, Erraticus quidam Comes, qui ſe Alphonſum de Montedoglio turpiſſimè mentiebatur, & Corydonem potius agebat, quam tàm altæ Conditionis hominem, fœdè abuſus eſt. Cæterum juxta Theologiam Matheſeos ſtudium haud vulgariter excoluit, teſte inſigni hevremate, quod Templo Ezechielis à

ſe

(o) *Id. Ibid.*
(p) *Lanſius. l. c. p. 18.*

ſe illuſtrato ſubjunxit ſummoperè commendatum à Mathematicorum Phœnice J. Kepplero, quoniam per illud linearum aliquot proportione in dimenſione Templi prædicti, obſervata, ad quadraturam circuli quàm proximè acceditur. Unde ſatis id mirari Kepplerus non potuit, teſte. Krom. Polym. Theol. p. 548. apud Car. loc. cit. Alioqui Templum illud Hafenrefferi multijuga Eruditione refertum judicavit Chriſtophorus Beſoldus (q) & ſupra laudatus Andreæ: Quid, ſcribit, de Templo Ezechielis dicam? Superbiant Pradi & Villalpandi operoſis commentationibus, qui Majorum Voluminum molibus ſumtuoſis gloriam Eruditionis ante quosvis alios quærunt & ſupercilioſè ambiunt, ea adfectantes maxima contentione, quæ tandem præſtare ſupra vires eſſe coguntur agnoſcere cometipſo inviti, dum neque ſibi, neque Lectoris Eruditi deſiderio ſatis exaſſe poſſunt facere. Ea certè Hafenrefferus noſter ſimpliciore ſtructura hujus Templi expedivit, quibus benè obſervatis facilè rei Bibliothecariæ Studioſi, non adeò prolixis ſumtibus inſtructi, opere tripartito Pradi & Villalpandi poſſunt carere, quod multam, præprimis à Lud. Alcaſare, arcani ſenſus Vaticiniorum Apocalypſeos Joh. inveſtigatore plusquam curioſo, pati debuit cenſuram. Et paulo ante: idem Val. Andrea de Locis ejus Theologicis, inquit, quos in Eccleſiis Regni Sueciæ pro Cynoſura Orthodoxiæ haberi, ex fide digna relatione conſtat, is optimè judicabit, qui omne punctum in hoc genere ſcribendi eos tuliſſe cenſebit; (r) Pari modo

(q) *Diſſert. de Educ. p. 29. ap. Serpil. l. cit.*
(r) *Selen. Aug. ap. Reiſerum & Serpil. ll. cc.*

do Balthaſ. Meisnerus (s) Studioſis Theologiæ Compendium pro reliquis commendaturus: Hefenrefferi inquit cumprimis eligant, quod propter materiarum delectum, ſtyli perſpicuitatem, Methodi Typique Elegantiam & Locorum explicationem paulò pleniorem aliis ferè palmam præripit. Qui enim eligere debet, optimum eligat, electum teneat, retineatque, in vulgato eſt. Et præſtabit hîc imprimis adhiberi Exemplar ipſum πρωτότυπον, quod in originali loco eſt impreſſum præ iis, quæ alibi ad πρωτοτύπου effigiem diligentia ſimili excuſa non fuerunt h. e. Tubingenſe, cum tamen elegantioribus typis, quam in mundiore chartâ exaratum id habeatur. Loci hi Theologici (ſunt Crenii verba. (t) Jam inde ab Anno Chriſti MDCXII. Regio reſcripto jubente in Univerſitatè Upſalienſi & Gymnaſiis publicis prælectionibus traduntur, ut nos docet pretioſus D. noſter Dorſchæus in pag. 275. Latronis Theologi, addens: Memini anno 1635. Sereniſſimum Carolum Guſtavum nunc Suecorum &c. Regem inclytum, Victorem, Triumphatorem &c. in Biblioth. Argentoratenſis Academiæ è manicis ſuis extraxiſſe mihi monſtrâſſe D. Joh. Canuti Lennæi compendium, firmando in Controverſiis fidei animo Regii tum Principis conſecratum, & ab ipſo maximi æſtimatum. Iſtius verò Compendii prima lineamenta duxit Sereniſſimus Princeps Johannes Fri-

(s) *In Prælogn. Theol. Diſſert. P. III. Theor. 35.*

(t) *In Notis ad Schefferi diſſert. de Informat. liter. p. 449. conf. Serpil. loc. cit. & Rollii Bibliothec. Theol. Nabil. p. m. 475.*

Fridericus, eo tempore Wirtembergiæ Hæres, quæ Hafenrefferus deinceps in Ordinem jussus redegit; de quo videnda omnino Epistola Dedicatoria ipsius Hafenrefferi ad Serenissimum Principem. (u) Postea verò Germanicam Versionem laudati Ducis Serenissima Filia, Anna Johanna, sub Titulo: Teutsche Theologische Lehr-Puncten An. 1672. adornavit, cujus MSS. extat in Bibliothecâ Ducalis Consistorii. Quo pacto Joh. Sebastian Lysander Proselytus è Pontificiâ Religione ad nostram transiens lectione horum LL. communium, (quos in Slavonico seu Illyrico Idiomate conscriptos, sibique à Lutherano Pio & ab ipso ad Papismum seducendo exhibitos fuisse affirmat,) lectione, in Conscientiâ fuerit convictus, ut nullum amplius è Scriptis Lutheranorum, quod antea solebat, Vulcano traderet, sed Veritati tandem manus dederit, ex ipsius Concione revocatoriâ commemorat Cel. Dominus Serpilius. (x) Cæterùm multa quoque Hafenrefferus nomine Theologorum Wirtembergensium edidit contra Calvinianos. Symbolum ejus erat: Schlecht und Recht: De eo, si diutius vixisset, credebatur, quod Authoritate sua Balthasarem Menzerum, cum quo ipsi peculiaris intercedebat familiaritas, intra terminos continere, & subsecuto ingenti scandalo Prudentia & dexteritate suâ præstruere potuisset. Obiit Laudatissimus Vir morte inobservatâ & ingenti Ecclesiæ malo, Apoplexiâ tactus (quod mortis genus sibi sæpius prædixerat,) cum fessus à laboribus domum

(u) *Conf. D. Læschers* Unschuld. Nachricht. *An.* 1706. *p.* 151.

(x) *Epitaph. Sneb. Theol. p.* 30.

mum rediiſſet,& in ſella ſederet ſcripturiens d. 22. Octobr. Anno 1619. ætatis 59. Miniſterii 32. Cui ex ambone Eccleſiaſtico, verbis Eſaiæ LVII. 1. 2. explicatis Theodorus Thummius, Theologiæ D. & ex cathedrâ Academica Lucas Oſiander parentavit; Thomas Lanſius verò Amicitiæ monumentum Oratione memorabiliore poſuit. Vitam metricè deſcripſit Erhardus Cellius in Vit. Prof. Tubing. apud Freherum, qui & iconem repræſentat. Zacharias Schæfferus Eloquentiæ Profeſſor inter aliòs de Morte illius ita ominatus eſt:

Quæris? Cur ceſſent belli decreſcere fluctus?
Nempe Obicem é medio ſuſtulit hic Obitus.

Concio Funebris modò memorata demum A. 1623. prodiit Ulmæ, publicis, ut videtur ſumtibus, cui Cenotaphium Hafenrefferianum Ulmenſe, ut vocat, ſuffixit M. Joh. Baptiſta Hebenſtreit. Gymnaſ. Ulm. Rector.

Have! Viator, quæ contra Te ſtant lege;
Heic Matthiæ Hafenrefferi clariſſimi
Tubingiacæ Scholæ doctoris inclyte;
Quem circulus Eruditorum doctiſſimum;
Quem Grex piorum Zelotem graviſſimum.
Quem Turba Chriſto adverſorum, fortiſſimum
Agnovit, Epiſtaten pridem veri enthei.
Quemq; hoc ab ingrato ævo Jova abſcedere
In alterum juſſit bonis gementibus;
Sed terreis probris mage excreſcentibus;
Quem jure (non te morabor) mecum intimes
Theologum Theologâ Sententiâ, atque re:

Ejusce

Ejusce Mnemeion ergo erectum heic vides
Poni Ulma curavit. Jam quod tuum eſt, age.

Αναθέμα.

Quid tumulus! Quid odora Croci, quid copia Lauri?
Quid Caſia & circum Cinnama fuſa volunt?
Matthias cubat heic, Tubiæ Pater ille Cathedræ:
Dat Charis ob meritum quicquid odoris adeſt.
Nos magno ſparſiſſe Viro juvet haſce myricas,
Narciſſos alias nunc negat acris hyems.
Quicquid erit, minus eſt. Nemeſis placet, hæc tamen ævi:
Culta parum reddi, quando abiere, volunt.

Annagramma dedit

G. Theod. Hofmannus.

Matthias Hafenrefferus.

ἀναγρ.

Fata ſané mire ſuffert.

De Scriptis conferantur poſt Bibliothecas Draudii, Lipenii, Prætorii, Witten. Mem. Theol. Dec. II. p. 147. ſeq. Diar. Biogr. A. 1619. Theoph. Spizelius l. c. Paulus Freherus l. c. C. Joſ. Imbonati Biblioth. Lat. Hebr. p. 160. G. Serpilius & A. Carolus II, cc.

Scripta.

NOvum Teſtamentum Græco-Latinum Tubingæ, 1618. in 4.

Loci Theologici, ſeu Compendium Theologiæ planè admodum, ut quivis Latinæ Linguæ gnarus, intelli-

gere possit, conscriptum. Tubingæ 1600. 1603. 1606. Witebergæ 1609. Stuttgardiæ sæpius. An. 1680. Holmiæ Suecorum 1612. 1686 in 8.*

* Vid. D. Hülsemannus Calixtinischen Gewissens-Wurm/C. III p. 119.

Templum Ezechielis sive in IX. postrema Prophetæ Capita Commentarius, non tantum genuinam Textus & expeditam Interpretationem, unâ cum Templi Architectonica formis æneis expressa, verum etiam de præcipuis Christianæ Religionis Capitibus jucundas & utiles Meditationes; Facilem insuper de Hebræorum omnium Generum Mensuris, Ponderibus ac Monetis cum nostratibus comparatam explicationem complectens, Tubingæ, 1613 fol.

* Vid. J. A Osiandr. Commentar. in Pentateuch. Præfat. & Kromajeris Polymath. p. 548.

Analysis Terminorum, Vocabulorum, Regularum & Axiomatum in scripturâ, S. Patribus & Theologis Orthodoxis occurrentium, Tubingæ, 1609. in 4.

Commentarius in Prophetas Nahum & Habacuc. Opus posthumum, Stuttgard. 1663. in 4.

Revelator punctorum Vigilantissimus, h. e. Præceptiones novâ Metodo ac Viâ punctandi rationem & Artificium in Hebræa Lingua explicantes, A 1619.

Prælectiones in omnes Prophetas Manu Scriptæ.

Orationes.

Oratio de Præstantia & Utilitate studii Prophetici. Tubingæ, 1592. in 4. præfixa est Commentar. in Propb. Nahum.

Oratio in Obitum Stephani Gerlachii, Theol. Doct. & Pro Cancell. Tub. 1614. 4.

Ora-

Oratio in Obitum Andreæ Osiandri, Cancellarii Tubingensis, ibid. 1617. in 4.

Oratio in Obitum Joh. Georgii Sigwarti Theol. Doct. & Profess. ibid. 1619. in 4.

Programma in Obitum Jac. Heerbrandi, Cancell Tub. ibid. 1600. in formâ patente.

Disputationes.

Disputatio Theologica de Deo & Trinitate, 1594. 4.
de Persona Christi, 1594.
de Deitate Spiritus, S. in 4.
de statu animarum, 1594.
de Scriptura Sacra, 1594.
de Regno Christi, 1595.
de Peccato Originali, 1595.

Disputationes aliquot de Officio Christi, Tubingæ, 1595. in 4.

Disputationes IX. contra Anabaptistas de Pœdobaptismo, ibid. 1601. in 4.

Disput. Theol. in qua præcipui Errores Calvinianorum confutantur, Tubingæ, 1602. in 4.

Disputatio de Electione, 1603 4.
de Scriptura Sacra, 1604. 4.

De Majestate hominis Christi divina, 1607, 4.
de Adiaphoris, Tub. 1612. 4.
de utilitate Carnis Christi in cœna, 1614. 4.
de Persona Christi. R. Joh. Geilfusio. Anno 1618. in 4.

Examen und Gegen-Bericht über den außführlichen Bericht der Calvinischen *Theologen* zu Heydelberg waß die *reformirte* Kirchen in Teutschland glauben/ Tübingen 1608. 8.

Examinis Continuatio, 1609. 8.
Examinis Promotio, 1610. 8.
Examinis Concluſio, 1611. 8.
Sieg- und Triumphs-Zeichen der Würtembergiſchen Schlußrede/ Franckfurt 1615. 1617. 1618. in 8.
Drey Predigten von den dreyen Feſten/ Allerheyligen/ Allerſeelen/ und *Martini*, auß *Matth. V.* 1-12. 1. *Petr. II. v.* 24. 25. *Luc. VII.* 1.-10. Tübingen/ 1598. in 4.
Concio Secularis, Danck-Predigt für die Wohlthaten GOttes/ die Er von *Anno* 1500. biß 1600 erzeigt/ auß *Deut. IV. v.* 5. *ſeqq.* 1600. *in* 4.
Litania in einer Predigt erklärt. Tübingen/ 1605. in 8.
Unterricht/ wie man im Creutz ſolle gedultig ſeyn/ Tübingen/ *An.* 1605. in 4.
Candelabrum Aureum, vom Beruff und Amt der Obrigkeit auß dem Vorbild deß güldenen Leuchters. *Exod. XXV.* Franckfurt/ *An.* 1608. in 4.
Landes-Vatter/ oder Huldigungs-Predigt/ als der Durchleuchtiſte Fürſt/ Johann Friderich/ Hertzog zu Würtemberg das Regiment angetretten. Auß *Gen. XLI. v.* 43. *Stuttgart* 1608. *in* 4.
Zwo Predigten über die Worte: viele ſind beruffen/ aber wenig ſind außerwehlt. Matth. *XX. XXII.* 1608. *in* 4.
Feſtum S. Trinitatis dupliciter Solenne. Eine Chriſtl. Predigt von der Heil. Dreyfaltigkeit/ auß *Num. VI. v.* 22. ſammt einer Danckſagung

gegen

gegen dieselbe wegen Erwehlung *Matthiæ I.* zum Römischen Kayser / Tübingen / 1612. in 4.

Friedens-Bott über *Gen. IX.* das ist / ernstliche Erinnerung in einer Neu Jahrs-Predigt / daß die Christen friedlich miteinander leben / und keiner den andern mit Worten oder Waffen verletzen solle. Oder wider das *Duelliren* und Balgen / Tübingen / 1613. 4. Stettin / 1615. 4.

Jubel-Predigt wegen der *Reformation Lutheri*, über das 2. Cap. der 2. Epist. Thessal. Tübingen / 1617. 4.

Leichpredigt über Hanß Burckhardt Freyherrn von Honwil / 1593. 4.

über Fr. Margaretha Heerbrandin / Tübingen / 1597. 4.

über Raban Herrn von Liebenstein / auß *Rom. XIII. v. 11.* Tüb. 1600.

über *D.* Jacob Heerbrand / Cantzlern und Probsten zu Tübingen / *Hebr. XIII. 7.* Tübingen / 1600.

über *Andream Planer, M.D. & Prof.* auß *Hiob XIX. 25.* 1607. in 4.

über *Frid. Carolum Heerbrand.* 1607.

über *Joh. Valentin Neuffern, J. U.D.* und *Prof.* auß *Johannis XIX. v. 16.* 1610. in 4.

über Hertzog Johann Georg in Schleßwig / 1613. 4.

Leichpredigt über Johann Jacob Plebsten/ *J. U. D.* und *Prof. in Collegio*, *Psalm.* 90. *v.* 16. 1615. 4.

über Kilian Brachtbergern/ *J. U. D.* 1614. 4.

über Fr. Sybilla / Hertzogin zu Wirtemberg / auß *Prov.* 31. *v.* 1-9. Stuttg. 1615. 4.

über *Andream Osiandrum*, Cantzlern und Probst zu Tübingen/ auß *Gen. L.* 25. Tübingen/ 1617. 4.

über Lorentz Mütschelin/ 1618. 4.

über *D.* Jacob Heilbrunnern/ Abbten zu Bebenhausen / Tübingen/ 1618. in 4.

über *Nicolaum* von Sackkirch / *Ibid.* 1618. in 4.

Hochzeit-Predigt / über Herr Joh. Balthasar Plieninger/ *An.* 1606.

Gülden Kleinod/ der fürnehmsten Hauptstücke Christlicher Lehre / verteutscht durch *G. W.* Freyherren von *Sirra*, *vid. P. Freher. loc. citat.*

Nat. 1563. *Cl.* 1605. *Ob.* 1624. MATTHÆUS VOGELIUS, Junior, Sereniſſimi Wirtembergiæ Ducis Conſiliarius & Præpoſitus Herbrechtingenſis, Matthæi ſupra memorati, Abbatis Alpirſpacenſis ex Gnadſeelia Conjuge, quæ Wehlaviæ in Borusſiâ nata, & in Templo Evangelico Sacro Baptismate omnium prima abluta fuerat, filius in Monte Regio, ubi Pater Theol. Profeſſorem tum agebat, An. 1563. natus. Nondum

trimus

trimus cum Parentibus in exilium tempore motuum Oſiandrinorum pulſus in Wirtembergiam venit, An. 1566. ubi Paternis ſub auſpiciis literarum rudimenta poſuit, & ætatis 13. in Scholam Alumnorum Blabyrenſem, deinde Bebenhuſanam, denique Stipendium Illuſtre Tubinganum fuit receptus. Obtento Philoſophicæ Eruditionis teſtimonio, & aſſumto Magiſterii Gradu in ſtudio Theologiæ crebrâ lectione & meditatione ſedulò ſe exercuit. Inde cum functioni Eccleſiaſticæ eſſet Idoneus, Anno 1588. Diaconus in Oppido Sulzenſi jamjam erat ordinatus. Defuncta verò eodem Anno matre amantiſſimâ, in Solatium Patris, tum in Concionando Theſauro ſuo Theologico Latino occupati, Alpirſpacum miſſus eſt, ut illi à manu eſſet An. 1590. Diaconatui Herrenbergenſi admotus, confecto quinquennio, ad Dettingenſem ſub Arce Teccenſi Parochiam, & An. 1606. Heidenhemium ad Paſtoris Oppidani officium tandemque ad Præpoſituram Heerbrechtingenſem An. 1612. promotus eſt. Maritam primò duxit Felicitatem, Johannis Parſimonii, Abbatis Hirſaugienſis, Filiam, quinâ quidem prole, ſed una tantum ſuperſtite, felicem. Secundò aliam, quacum 14. annorum ſpatio 12. Liberos progenuit. Cum Tertia 12. Annos vixit. Filium habuit cognominem Paſtorem Machtelheimenſium. Memoriam ſui poſteris commendavit, quòd ſeptem Patris Tomos, ultimæ illius voluntati obtemperans, in Epitomen redactas edidit. Illam Epitomen ut adornaret multi docti & eruditi Eccleſiæ Miniſtri eum impulerunt, utilitatem ſtudioſorum Theologiæ & & Eccleſiæ conſiderantes; Prædicta quippe Patris

opera tum temporis propter Exempl. distractionem, vel omninò non, vel nonnisi magno pretio, quod plerosque Ecclesiarum Ministros ab emtione deterrebat, comparari potuerunt. (a) Editâ memorabili confessione, fidei & Orationis devotæ alis è mundi caveâ evolavit placidâ analysi & libertate exoptatâ potius d. 3. Septembr. 1624. ætatis 71. Ministerii 34. pro Concione ex Rom. VIII. v. 18. laudatus ab Henrico Efferhemio Abbate Anhusano & Speciali Heidenheimensi. Ulmæ edita An. 1626. Epicedia memoriæ, Honoris, & Amoris causâ adjecerunt Amici, Affines, Cognati & alii Ministri Ecclesiæ.

M. Bernhardus Dieterlin, P. B.

Ignavam pertæsus humum cum sumeret alas
Vogelius Cœli jam meditatus iter.
Sic fertur dixisse: Feror, feror ardua supra
Remigio fidei sidera: Terra VALE.
Nec mora: Wernorus sequitur, velut Icarus alter
Nec voluit Socerum deseruisse Genere.

ex Conc. Funebri.

Scripta.

THesaurus Theologicus ex Sola S. Scripturâ depromtus, omnium Locorum Theologicorum Explicationem: Errorum Confutationem: piè vivendi rationem & contra omnes tentationes saluberrimas consolationes complectens, cum Præfatione Collegii Theologici in Academiâ Tubingensi. Nec non Indice Locorum Communium & additione versiculorum

(a) *Vid. Epist. Dedic. Epitom.*

rum. *Cum Privilegio Illustrissimi Electoris Saxoniæ Speciali & dedicatione ad Serenissimum Wirtembergiæ Ducem Fridericum, Tubingæ, 1607. in 8. Lipsiæ in 8.*

Conciones aliquot funebres, Tubingæ, 1598. Lauingæ, 1609. in 4.

JACOBUS MAGEIRUS, Abbas Lorchensis & Serenissimi Consiliarius, Johannis, Præpositi Stuttgardiani & Annæ Friziæ, filius, vitam auspicatus est Vahingæ, oppido ad Entiam sito An. 1564. d. 26. Martii, ipso festo Palmarum. Principia literarum & bonarum Artium tum Maulbronnæ sub Patris illo tempore Præsulis, ductu, tùm Stuttgardiæ in Pædagogio didicit. Anno 1580. in Stipendium Ducale receptus insequente anno primam lauream & Anno 1583. gradum Magisterii ætatis 19. cum aliis egregiis Commilitonibus, secundo inter eos loco, promeruit. Theologiæ studium exorsus & An. 1586. Repetitionem Sphæricam & Græcam in Ducali Stipendio assecutus, An. 1590. Stuttgardiam ad Diaconatum vocatus per quinquennium ibi Ecclesiæ inserviit. Ex quo Pastoratus Marggröningensis cum Vicinarum Inspectione Speciali; an. 1602. verò Præsulatus Monasterii Lorchensis illi collatus est, cui dignitati 22. annos præfuit. Thalami consortem adeptus est Hedwigin, D. Jacobi Andreæ, Cancellarii Tubingensis, filiam, ex quâ novem liberos suscepit & ex iis 12. nepotes vidit. (a) Vir de Ecclesiis & Republicâ

Nat. 1564.
Cl. 1602.
O. 1624.

(a) *Olea Andreana in fine.*

licâ Wirtembergicâ præclarè omninò meritus. (b) Exemplar pietatis & patientiæ eximium; Cum enim alterius pedis ægritudine ſeptennium Gröningæ laboraſſet intolerabili dolore affectus, tandem extremo remedio uti neceſſum habuit, quo integer pes cum magnâ parte cruris ſupra genu, præſentiſſimo vitæ diſcrimine, reciſus eſt. Iſto tamen ex vulnere, præter omnium ſpem & opinionem, ſingulari Dei gratiâ convaluit, adeò, ut in 22. Septimanâ poſt inciſionem cruris è ſuggeſtu verba facere potuerit & 24. annos ſupervixerit. Sunt, qui tibiam ex argento fabrefactam habuiſſe affirment. Unde Abbas cum argenteo pede poſtmodum vocatus fuerit; Interim ipſe ob vulnus non ex integro ſanatum per reliquum vitæ tempus continuis doloribus vexatus & ad oſſa usque exhauſtus eſt. Hymnis delectatus diverſos ipſemet compoſuit, quorum uno miſeriam & ægritudinem ſuam commemorat. Symbolum ex Pſ. 18. v. 2. Sapphico carmine expreſſit.

Chriſtus in toto mihi corde vivit,
Cor & in Chriſto mihi vivit uno,
Hæc ad æternum via ſola ducit
Regia Regnum.

Ita ſatur vitæ & miſeriæ beatè obdormivit in Domino die 2. Jun. 1624. ætatis 60. Concione Funebri laudatus ex Apocal. XIV. 12. 13. à Joh. Theodorico Stählino, Paſtore Laureacenſi, quam vide pluribus.

Scripta.

(b) *In Carm. Gonc. Tun. ſuffixo, p. 63.*

Scripta.

GEbett-Büchlein in Anfechtungen / Tübingen/ 1599. 12. Franckfurt/ 1608. 1617.

Ein Christlich Klag- und Trost-Lied eines armen angefochtenen Sünders Gespräch-weise gestellt in 26. Gesetz.

* Vid. Würtembergisch Gesang-Büchlein Stuttgard 1667. p. 189. seqq. Fangt an: HERR JESU Christ mein GOtt ich klag dir meine grosse Noth/ &c.

Ein Christl. Danck-Lied in 15. Gesetz: Mein liebe Seel verheele nicht/ *ibid. p. m.* 208.

Ein anders: Mein Hertz dichtet ein feines Lied/ 8. Gesetz.

Predigt über den 30. Psalm. Tübingen/ 1596. 12.

* Vid. G. Draudii Bihlioth. p. 29. 165.

Leich-Predigt über Walther Zieglers Tod/ auß *Gen. V.* 24. Tübingen/ 1598. 4.

JOHANNES OSIANDER, Generalis Super Intendens, & Abbas Adelbergensis, Sereniſſimi Conſiliarius, Lucæ Senioris, ex Margaretha Entringeriâ (a) filius primum diem vidit Stuttgardiæ d. 26 Aprilis 1564. Literas ibidem in Pædagogio ſub curâ Joh. Wackeri, imbibit. Poſt Scholarum Clauſtralium & Academiæ ſolennem curſum feliciter abſolutum, Anno 1587. Diaconiæ Cantſtadienſi per quadriennium admotus. Anno 1591. Parochiam Steinheimen-

Nat. 1564. Cl. 1604. Ob. 1626.

(a) *Vid. Andreand. p. 2. 6.*

menſem adminiſtravit, & poſt ſexennium Super-Intendentiam Marpacenſem; cui tandem An. 1614. Abbatia Murrhatenſis & ad ultimum 1624. Adelbergenſis cum Tetrarchia Generali & Statione in Senatu Provincialium Ordinum acceſſit. Erat Theologus præter Zelum, pietatem & eruditionem ſingulari comitate & animi manſuetudine celebris, cujus vita purum humilitatis, prudentiæ, miſericordiæ & beneficentiæ ſpeculum fuiſſe traditur à graviſſimo Theologo Melch. Nicolai, Parentatore; quibus virtutibus magnorum Virorum & Principum favorem & gratiam ſibi conciliavit. (b) Marpaci Adverſarium ac Cenſorem habuit peracrem, Simonem Studionem, Juventutis Scholaſticæ Moderatorem, Fanaticæ Roſæ Cruciorum Societatis membrum, vel ut ipſe ſe nominat, cruciferæ Militiæ Collocutorem, qui ſe Virum illum eſſe dictitabat, indutum lineis veſtibus, ad cujus renes atramentarium ſcriptoris dependeat. Ez. IX. Poſtremum quoque Papam Anno 1590. extiturum profeſſus fuerat. Illum igitur cum Oſiander circa annum 1604. manifeſtæ falſitatis convictum aliquando moneret, Studion reprehenſionis impatientiam acerbiſſimè prodidit in Scripto, quod in publicum editurus erat, Naometrico, Virum Super Intendentem, Scorpionem, appellans, Theologum plus cognatorum & Affinium ſuorum favore & fortunæ ſuffragio, quam eruditionis & ſanctitatis ſuæ merito ad eum conditionis ſuæ gradum evectum & paterni laboris documentis & Concionibus inſtructum, qui non adeo pridem ex Diaconatu ad pulpitum Palatinum

(b) *Gone. Funebr. p. 18. ſeqq.*

tinum & Cathedram Mosis suffectus magnum sibi in se Præceptorem Imperium sumserit, & ex eo scurriliter & sycophanticè, subridendo amarulentè, quæsiverit: Tune es, inquiens, vir ille indutus lineis vestibus? &c. Egregiè sanè, bone Vir, hallucinatus es in eo, quòd anno Domini 1590. postremum Papam extiturum profieri es ausus! Judicet B. Lector, cujus amarulentia ex hac narratiunculâ plus emineat; Num Osiandri? annon potius impotentis & deliri Fraterculi? (c) Supremum diem Osiander obiit. 1626. d. 16. Octobr. ætatis 63. (d) Pro Concione laudatus à Melchiore Nicolai, tùm Abbate Lorchensi, ex Esaiæ LVI. v. 13. Epitaphium posuit, Cunradus Cellarius, Phil. Prof. Tub.

Qui lacrymas tenet hîc, tumulumque hunc siccus ocellos
Adspicit aridius pumice pectus habet.
Nam Pietas, Candorque nitens, Charitumque Secunda
Tot bona in hoc uno condita sunt tumulo. (e)

Anagrama G. C. Maiccleri.

JOANNES OSIANDER Abbas.
Basia nobis serena dona.

Anagr. libr. I. p. 15.

Quandoquidem dederas cursum quem, Christe, peregi,
Perque iter umbrosæ vallis inane feror.
Obvius ô nobis Dona dulcissime linguæ
Basia mellifluæ Christe, serena, tuæ.

Scripta.

(c) *Naometr. P. I. p. 953. manuscr.*
(d) *A. Pr. Brunnius synops p. 81.*
(e) *Ex Gunc. Funebr.*

Scripta.

Huldigungs-Predigt zu Höpfigheim gehalten / Als denen Herrn Jägern von Gertringen gehuldigt worden / auß Tübingen / 1611. 4.

Nat. 1564. *El. 1604.* *Ob. 1612.*

FELIX BIDEMBACHIUS SS. Theol. Doctor ex Sereniſſimi Ducis Friderici Concionatore Aulico & Conſiſtorii Aſſeſſore Abbas Mulifontanus & Generalis Super Intendens annum 1564. diem 8. Septem. ſua nativitate reddidit felicem Stuttgardiæ ex Wilhelmo, Antiſtite Cathedralis Eccleſiæ, Theologo celebri, ex Matre Catharina progenitus. Patrem vix ſeptennis amiſit, adeoque ſub tutela Matris prima Literarum rudimenta jecit in Pædagogio Stuttgardiano, ex quo propter Ingenii felicitatem anno ætatis 13. Tubingam inter ducales Stipendiarios receptus, Baccalaureatus & Magiſterii honores inſigni Doctorum applauſu nondum vicennis obtinuit. Anno 1586. ætatis 22. Diaconiæ Waiblingenſi admotus gregem fidei ſuæ commiſſum dexterrimé paſcebat, donec Stuttgardia anno 1590. fœtum hunc ſuum ad eandem Diaconi ſpartam ad ſe traduceret. Biennio poſt in Aulam & connexam Conſiſtorialis dignitatem adlectus plures per annos tàm arduo muneri feliciter præfuit. Unde anno 1604. juſſu Principis ſui Theologiæ Doctor creatus: tandémque poſt varia laborum in Aulis tædia anno 1606. Adelbergenſis, & paulo poſt Maulbronnenſis Monaſterii

ſterii Abbas, Generalis SuperIntendens & Provincialium Ordinum Aſſeſſor factus eſt. Conjugem ſibi elegit Barbaram, Johannis Brentii, Junioris, Filiam, (a) ex qua Filium genuit Felicem, Collegiatæ Eccleſiæ Antiſtitem & Præſulem Adelbergenſem declaratum. Anno 1601. Ratisbonam cum Andrea Oſiandro, Cancellario Tubingenſi, Celſiſſimi Principis authoritate ac juſſu ad Colloquium religionis cauſa habitum deſcendit, ibique Virum non minus, quàm alii, bonumque Interpretem ac diſputatorem, Sophiſtarum technas ſolertiſſimè detegendo, præſtitit. Subſequente anno dignus viſus, qui Controverſias ac diſſidia circa fidem in Suevia exorta cum aliis magni Nominis Theologis dirimeret, quod negotium Hale- Suevorum feliciter fuit peractum. Erat igitur Vir omni laude cumulatus, pietatis, doctrinæ, aliarumque Virtutum multarum donis, Patri ſuo non abſimilis, (b) qui ſuam & Majorum ſuorum famam memoriámque utiliſſimis ſcriptis poſteritati egregiè commendavit. Theologus profundus, qui in ſimplicitate prudentiam, in adverſitate patientiam, in veritate conſtantiam, in parſimoniâ temperantiam exercuit. In quo Eccleſia Wirtembergica amiſit Doctorem & Conſiliarium, qui in rebus graviſſimis matura & benè cocta dedit conſilia, in agendis & expediendis eâ promtitudine & dexteritate, ut integritati animi authoritatem ac comitatem adjunxerit. Vid. Witten. Cent. VII. p. 847. & Serpil. l. c. p. 15. Primus ille de

(a) *Vid. Erh. Cellius in Or. fun. Jun. Brentio habita pag. 35.*

(b) *Idem ibid.*

cauſis matrimonialibus Tractatum edidit, & Manuali ſuo Paſtoribus Hodegetam ſeſe in variis caſibus præbuit, labores Homileticos variorum textuum diſpoſitionibus reddens faciliores. Unde à Miniſtris Waiblengenſis & Winnidenſis Diœcéſeos inſigni honorario præter ſuam expectationem affectus eſt; (c) id quod publicè grato animo deprædicavit ipſe, profuturus tàm Miniſtris, quàm Eccleſiæ pluribus monumentis, niſi morte ſubitanea fuiſſet prævenus. Cum enim An. 1612. d. 7. Jan. ex ducali mandàto Bebenhuſanum ingreſſus eſſet Monaſterium, ut nonnulla ibidem exigeret magni momenti negotia, in ipſo Virorum gravium Conſeſſu apoplexiâ correptus Conventum & Vitam abrupit anno ætatis 48. Miniſterii 26. Ferunt, ipſum ſæpiùs dixiſſe: Qualibet ſe nocte ſedulam dare operam, ut peccatorum diurno tempore commiſſorum benignè â Deo impetraret veniam; id eò ardentiùs, quoniam valdè timeret, ne aliquando repentinâ morte opprimeretur. Exuviæ illius ſolenni pompâ fuerunt elatæ d. 14 Jan. & in Monaſterio Bebenhauſano ſepultæ, ubi tùm Concionem habuit funebrem exRom. 14. 7 & 8. Andreas Grammerus, Conſiliarius Würtembergicus, Abbas Bebenhuſanus & Generalis SuperIntendens: Maulbrunnæ itidem laudatus eſt à M. Joh. Henrico Wielandio, Paſtore & ſuperIntendente Speciali Knittlingenſi ex Eſ. 57. 1. 2. cujus Concionem in latinum converſit Witten. in Memor. Theol. Dec. VII. p. m. 845. ſeqq confer. ejus Diar. A. 1612. & Königii Bibliothec. p. m. 110. Item Ephraimi Prætorii Bibliothec. Homilet. in Indice.

Scripta.

(c) *Promt. Exeq. in Præf.*

Scripta.

Promtuarium Connubiale, h. e. Thematum Biblicorum ſ. Sententiarum S. Scripturæ talium, quæ in nuptiis pro Concione tractari poſſunt Diſpoſitiones ſuccinctæ centum. Tub. 1605. Lubecæ 1612. Francof. 1617. 8.

Decades X. Conſiliorum Theologicorum Francof. 1611. 1614. 1667. 4

Adjutus in hoc Opere à fratre Johann Mauritio Bidenbachio Paſtore Owenſi, qui poſt mortem ejus Dec. I. edidit & addidit X. poſtquam prima jam prodiiſſet, A. 1608.

* Vid Majer Biblioth. Theol. Moral. p. 304.

Manuale Miniſtrorum Eccleſiæ. Hand-Buch für angehende Kirchen-Diener/ Stuttg. 1603. 1668. 1702. Leipzig 1624. 8. Franckf. 1607. 8. 13.

Außlegung deß Pſalters auß *Luc. Oſiandr. Commentario* verteutſcht/ Tübingen/ 1595. 4.

Promtuarium Exequiale, continens Centurias aliquot Textuum Exequialium earumque Diſpoſitiones, Francofurti, Anno 1608. 1610. 8. Lubecæ 1611, Argentorati, 1655. 8.

Promtuarium Pœnitentiale, continens Textuum Pœnitentialium Diſpoſitiones, Tub. 1607. 1616. 1633. Francof. 1610. 1615. 1665. 8.

Tractatus de Cauſis Matrimonialibus Promtuario Connubiali annexus, Francof. 1609. 8.

Extant etiam binæ illius Literæ ad Marpachium Juniorem apud Fechtium Epiſtol. Theol. p. 803. 806.

Kurtzer Bericht/wie mit Krancken und Sterbenden zu handeln / samt einem bedencken/ wie den Melancholischen und Schwermütigen zu rathen/ Leipzig/ 1613. 8.

Eine Predigt von den Außreden und Entschuldigungen der Welt-Kinder/auß *Ephes. V.* v. 1. 10. Tüb. 1601. 4.

Leich-Predigt über Joh. Freyherrn von Sprinzenstein Erb-*Marschall*, auß 1. Cor. 15. 49. Tüb. 1604. 4.

Leich-Predigt über Johann. *Moser*. Tübingen/ 1590. 4.

Hochzeit-Predigt über Joh. Christoph Reinharden/ 1608. 4.

Casual-oder Leich-Pr. bey dem Begräbnüß Carl Werners von *Themar*, welcher den 28. *Aug.* 1605. durch einen besondern geschwinden Zustand (indem er auf dem Fecht-Boden von seinem alten Lehrmeister mit dem Fecht-*Rappier* ins Gehirn über dem rechten Aug gestossen worden/) das zeitl. Leben geendert: gehalten auß Hiob *XVI.* 21. 22. Tübingen/ 1605. 4.

Nat. 1566.
Cl 1604.
Ob. 1631.

ERasmus Grüningerus, Præpositus Stuttgardianus, Winnendam cum coætaneis suis (Ægidio Hunnio, Polycarpo Lysero & Joh. Georgio Sigwarto) Anno 1566. d. 14. Novembr. nobilitavit. Parentes habuit Erasmum Grüningerum, Oppidi Consulem, & Matrem Elisabetham Fassleriam. Heidelbergam An. 1579. ætatis 15. studiorum causâ missus

ſus ſingulares oſtendit protectus in linguis præſertim & Philoſophia ; præſens ibi fuit diſputationi de Religione, à Jacobo Grynæo inſtitutâ, in quâ is Miniſterio orthodoxo, (invictis argumentis,) attenſtante Studioſorum coronâ, ad quos tamen provocaveratGrynæus,non rarò ad anguſtias redactus fuit. (a)Cùm autem nihilominus ejicerentur Evangelici, Grüningerus cum Michaele Mæſtlino, Mattheſeos Profeſſore, Tubingam migravit, ubi in Stipendium Ducale cooptatus, Anno 1586. Magiſterii gradum atque inter 49. Competitores 20. locum conſecutus eſt. Lumine verò Ingenii clariùs enitescente anno ætatis 26. Repetens Stipendii & Profeſſor Muſices publicus factus eſt, utpote qui Organo, Teſtudine, Chely & Citharâ ludendi peritiſſimus erat. Mox autem anno inſequente 1591. Diaconiam Kircho Teccenſem, An. 1592. Stuttgardianam, Anno 1594. Paſtoratum D. Leonhardi; Anno 1597. Superintendentiam Cantſtadienſem, Anno 1598. Miniſterium Aulicum & Conſiſtorialis Eccleſiaſtici munus; Anno 1612. Abbatiam Maulbrunnenſem, denique anno 1614. ætatis 48. Præpoſituram totius Würtembergiæ pro meritis & communi, etiam Domini Anteceſſoris, Johannes Magiri, ſuffragio reportavit. Nuptias iteravit tertia vice, ducens primò Agnetem Cummerellinam; Secundò Urſulam, Caſparis Viſcheri, & tertiò Agnetem Wilhelmi Sattleri, Viduas, hancque ex nobili Varenbühlerio-rum proſapiâ oriundam, ex quibus nullos reliquit Liberos. Theologus, qui ſcriptionis frequentiâ ſtyli facilitatem; uſu rerum reſpondendi promtitu-

(a) *Melch. Nicol. in Or. Fun. p. 21.*

dinem ſibi conciliaverat, ut annalium inſtar, ſeu factorum Sacri Collegii haberetur. (b)Cùm Principe ſuo aliquando Berolinum iter fecit, â quo propter inſignem oris facundiam magni admodum æſtimabatur. Reliquas ejus virtutes Theologicas, humanitatem puta, candorem, dexteritatem, induſtriam & Pietatem impenſè collaudant Parentatores. Munificentiam rariſſimi exempli teſtantur Stipendia, dum Studioſis ſuæ familiæ 1000. Præceptoribus Pædagogii Stuttgardiani 1000. Ærario pauperum 1000. epidemico morbo affectis 200. leproſis 200. & Muſicis 200. florenos, adeòque ſummam 4600. florenorum erogandam legavit. Sed & vivus in pauperes erat benigniſſimus & liberaliſſimus, ita tamen, ut hypocriticam omnem oſtentationem odiſſet. Modeſtia Viri vel ex eo patet, quod titulum Doctoris, cum ſponte offerretur, deprecatus eſt. Repetito cùm F. Concordiæ per omnia Conſenſu & conſcripta eum in finem peculiari Confeſſione, deceſſit ex calculo Anno 1631. d. 19. Dec. ætatis 65. Effigiem Viri Carmine honoravit non nemo:

Plurima te vivo qui nunquam agnovit, Erasme,
Illa tui ſemper florida dona animi.
Cùm deſiderio vel nunc cognoſcet acerbo,
Quando tuum plangunt Templa Scholæque obitum.

Concionem Funebrem Wilhelmus Heerbrandus Eccleſiaſtes Aulicus, habuit, ex Actorum XX. v. 25. 26. 27 Orationes Parentales in ejus honorem dixerunt, Melchior Nicolai, D. & Profeſſor Theol. & Joh. Val. Andreæ. Tub. 1632. edit. Epitaphium in Templo Cathedrali pendulum hoc eſt:

D.O.M.S.

(b) *Val. Andreæ in Or. Fun. p. 45.*

D. O. M. S.

ERasmo, Erasmi F. Grüningero, Winidensi, Wirtenbergico, hujus Cathedralis Ecclesiæ ultra XVII. Ann. Præposito Evang. IV. DIGNISS. QUINque Principp. Wirtemb. à Conscientia & Consiliis Fideliss. Quadraginta annis diversis in locis Ecclesiasti Vigilantiss. Viro Pietate, prudentiâ, fide, dexteritate & Eloquio planè singulari. De omni Christianor. ordine præclarè merito & hinc Desideratiss. AGNES VARENbühleria Vidua Marito opt. cum luctu MONUM. POSUIT. NAT. M. D. LXVI. VIII. Kal. Dec. OB. M. DC. XXXII. VII. EID. JANUAR.

Scripta Erasmi Grüningeri.

Sünden- Titul und Tugend-Register / das ist / *XXVIII.* Predigten von den Wercken deß Fleisches und Früchten deß Geistes / auß *Gal. V.* 19-22. Stuttgart / 1609. 4. Franckf. 1614. in 8.

* Vid. Ephraim *Prætorii* Bibl. Homil. p. m. 918.

Eine Predigt auß *Luc. XVIII.* warum man in die Kirch gehen soll / Stuttg. 1615. 4.

Zwey Jubel-Predigten auß *Matth. XXII.* 1618. 4. Stuttgardt.

Leich-Predigt Hertzog Friderichs / auß *Jerem. XIV*. Stuttg. 1608. 4.

Leich-Predigt Hertzogin *Sybillæ* von Würtemberg / auß Hiob XIX. 25. 26. 27. Stuttgardt / 1615. 4.

Leich-Predigt Hertzogs *Magni*, Stuttgardt / 1622. 4.

Leich-Predigt Herrn Joh. Friderichs Hertzog zu Würtemberg / auß *Matth. XXIV*. v. 21. 22. Stuttg. 1628. 4.

Leich-Predigt über Joh. Ulrich vom Witershausen / auß 2. *Sam. III*. 31. *seqq*. Stuttgardt / 1604. 4.

Leich-Predigt *D. Osvvaldi Gabelcoveri* auß *Gen. III*. v. 17. 18. 19 Tüb. 1617. 4.

Leich-Predigt *Annæ Mariæ*, *D. Andreæ Burckhardi* Ehfraueu auß 2. Cor. *IV*. Stuttg. 1620. 4.

Leich-Predigt Joh. Sattlers Cammer-*Secretarius*, auß *Num. XXIII*.

Leich-Predig Ludwig Friderichs Herz. zu Würtemb. 1631. 4. Stuttgardt.

Hochzeit-Predigt über Herrn von Bubinghausen / 1607.

Nat. 1568. *Cl.* 1607. *Ob.* 1631. TOBIAS LOTTERUS, Theologiæ Doctor, Ecclesiæ Cathedralis Antistes & Consistorii Assessor, ortum debuit Augustæ Vindelicorum, in qua An. 1568. d. 19. Octobr. natus erat Patre Bartholomæo Cive & Mercatore, Matre verò Ursula Conradia, Memmingensi. In pueritia periculosissimè decumbens Theologiæ Studio per vota Parentum consecratus

jactis

jactis priùs Literarum in Schola Giengensi & Lauingensi fundamentis Tubingam traducitur, assumtisque Philosophicis honoribus Theologiam eâ felicitate tractat, ut Anno 1591. sub Præsidio D. Jacobi Heerbrandi Disputationem de Sacrificiis Veteris Testamenti magno cum applausu defenderet. Hinc ob singulares Ingenii dotes Diaconiæ Tubingensi statim in principio Ministerii adhibitus Anno 1591. quâ per quinquennium fidelissimè Pestis præsertim Anno 1594. crudeliter grassantis tempore, administratâ, SuperIntendentiam Leobergensem Anno 1596. & biennio post Stuttgardianam cum Pastoratu Xenodochiali; denique Anno 1608. Concionatoris in Ecclesia Cathedrata primarii & Consiliarii Ecclesiastici munus promeruit, per 23. annos magna cum laude ab ipso gestum. Gradum Doctoris assumsit d. 12. Novembr. 1612. cum Bindero, Læhero & aliis. In thalmi Consortem adscivit, Juditham, Wilhelmi Holderi Filiam, ex qua sextam prolem vidit. Laudatur â Wilhelmo Heerbrando à variis Virtutibus Theologicis, eximiâ Eruditione & facundia, pio Zelo & dexteritate singulari, qua etiam Anno 1620. Ecclesias Brenzianas in districtu Heidenheimensi reformavit. Fessus laborum expiravit ante panoletriam Württembergiæ Anno 1631. die 19. Decembris, Ætatis 63. Ministerii 41. Sepultus ante Altare in Templo Cathedrali Stuttgardiano; juxta Socerum B. Holderum; Abbatem Mulifontanum. Vide Concionem Funebrem à Wilhelmo Heerbrando habitam ex Ps. 31. v. 15. 16.

Epigramma in effigiem Ejus:

Noli mirari LOTTERUM hic corpore ſculptum,
Mirare ipſius dona ſed Ingenii.
Mirare Eloquium, doctrinam, publica Scripta,
Cum pietate fidem. Sculpier hic nequeunt.

M. D. S. W.

Meminit ejus Cl. Henninges Wittenius in Diario Biographico ad Annum 1631. ubi nonnulla illius Scripta recenſet.

Scripta.

Bericht von Wettern und Hagel / Stuttg. 1613. 4. 1615.

Erbhuldigungs-Predigt *ex II. Sam. XIV. 17.* bey Antritt Herzn Johann Friderichs Hertzogs zu Wirtemberg Regiment / Stuttgardt / 1608. 4.

Leich-Predigt über Frau *Sybillam* Hertzogin von Wirtemberg / *Rom. V. v. 3. 4. 5.* Stuttgardt / 1614. 4.

Leich-Predigt über *Joh. Magirum* Probſten / auß 2. *Reg.* 13. v. 14. Stuttgardt 1614. 4.

Chriſtl. Mittel in Sterbens-Läufften / Stuttg. 1627. 8.

Eine Predigt von den Engeln / auß der Epiſtel *Judæ* v. 9 *Joh. Michaëli Caulio dicata*, Stuttg. 1617. 4.

Erbhuldigungs-Predigt bey Antritt der *Adminiſtration* Herzn Ludwig Friderichs / *ex II. Regum XI.* v. 17. Stuttg. 1618. 4.

Leich-

Leich-Predigt über Fr. *Barbaram* Marggräffin zu Baaden / *ex Pſ. IV.* v. 9. Durlach/ 1627. 4.

Leich-Predigt über Catharina Eichmännin/ Tüb. 1601. 4.

Leichpredigt über den Tod Christophs von Engelhofen Geheimen Raths und Cantzlers zu Stuttgardt / *Pſal. LXXIII.* v. 25. & 26. Stuttgardt/ 1627. 4.

Leich-Predigt bey der Begräbniß *Melchior* Jägers von Gärtringen Geheimen Raths zu Stuttgardt / *Eſ III.* v. 1. 2. & 3. Tübingen/ 1611. 4.

Leich-Predigt über den Tod Hertzog Ludwig Friderichs *Adminiſtratoris* in Würtenberg / Stuttgardt/ 1631. 4.

Leich-Predigt vom GOttes Kasten über J. L. Hellern/ auß *Marci XII.* und JEſus ꝛc. Stuttg. 1623. 4.

Leich-Predigt über Balthasar Eisengrein / J. *U. D.* & *Conſiſtorii Directorem* zu Stuttgardt/ auß Pſ. 71. v. 20. 21. Stuttg. 1611. 4.

Leich-Predigt über *Melch.* von Reichau / auß Job. 7. v. 1. Stuttg. 1620. 4.

Von *Cometen*/ 1619. *ibid.*

Predigt am Sonntag *Reminiſcere*, 1613. 4.

Am Feyertag Matthäi / auß Matthäi am 9. Stuttg. 1621. 4.

Nothwendiger Bericht die *Motiven* betreffend von der Augspurgischen *Confeſſion* zu der Römischen Kirchen sich zu begeben/ Tübingen/ 1615. 4.

Huldigungs-Predigt bey Antritt Julii Friderichs Hertzogs zu Würtemberg/ *Administration*, Stuttg. 1631. 4.

Pr. als Hertzog Joh Frid. die Kirchen zu Rems *reformirt*/ Stuttg. 1620. 4.

Moses Lutheranus, das ist/ Vergleichung deß grossen Propheten Mose und deß hocherleuchten Mannes GOttes D. Martin Luthers / durch welche beede der allmächtig barmhertzig GOtt an seiner betrangten Kirchen A. und N. T. grosse Wunder gethan/ zu ewigem Lob und Preiß GOttes ꝛc. am Jubel-Fest gehalten/ Abends in der Stiffts-Kirchen/ 1618. in 4.

Nat. 1571. *Cl.* 1607. *Ob.* 1638. LUCAS OSIANDER Junior, Cancellarius Academiæ & Præpositus Ecclesiæ Tubingensis, Hafenreffero mortuo subrogatus, natalem habuit Stuttgardiæ Anno 1571. d. 6. Maji. Patrem Lucam, Theologum celeberrimum, supra memoratum; Matrem Tabitham. Ex Pædagogio Stuttgardiano in Scholas Claustrales, & ex iis in Stipendium Tubingense Theologicum receptus, Anno 1586. primam, An. 1588. d. 28. Sept. secundam Lauream, 1590. mense Augusto Repetentis Characterem adeptus, 1591. ætatis 20. Diaconus Göppingensis, 1597. Pastor Schwieberdingensis factus est, ex quo Super-Intendentis Leomontani munus circa annum 1601. Schorndorffensis 1606. Abbatiam Bebenhaulanam 1612. deinde Mulifontanam Anno 1616. ulterius Superintendentiam Stipendii 1619. denique Præpo-

situram

situram & Cancellariatum Academiæ Tubingensis Anno 1620. obtinuit. Primas nuptias celebravit cum Elisabethâ, Christophori Rhiden, Præceptoris Schorndorffensis Filia, cum & istâ quatuor genuit Liberos; Secundas cum Maria Jacobina Daseriana, Matthæi Langii, Viduâ; Tertias cum Barbara Schroppia. Vir plusculis Scriptis (sunt Verba Melchioris Nicolai, tùm Prof. Academici,) (a) adversus Lojolitas, Calvinianos, Anabaptistas, Schwenckfeldianos & alios passim in Germania notus. Insignis Didacticus, qui dexteritate claritatéque singulari præcipua & maximè ardua Religionis Capita enodare ac similitudinibus idoneis sagacissimè & prudentissimè adhibitis illustrare sciebat. Polemosophus non minore laude dignus potens ad arguendum doctrinâ sanâ & convincendum contradicentes, id quod sæpiùs demonstrabat magno animi ardore, perfecto habens odio, qui Deum odére, exterminatos cupiens videre gregis dominici vastatores. Visus fuit quibusdam hac in parte vehementior & acerbior, satis autem excusatum habebunt, qui, quantâ ab ingruente luporum rabie sit metuenda pernicies, quàm facilis & proclivis à fide ad infidelitatem lapsus, quàm celeriter morbidus falsæ doctrinæ cancer serpat, diligentius cogitabunt. (b) Cum primis vitio illi versum fuit, quod B. Arndium scripto impetierat, Proseologias ejus non usque quaq; cum ὑποτυπώσει ὑγιαινόντων λόγων congruere visas, nimis acriter perstringens. (c) Tametsi verò eâ in re non-

(a) *in Orat. Fun.*
(b) *Vid. Caroli Memor. T. I. Libr. V. p. m. 920.*
(c) *Vid. Henrici Varenii Defens. Arnd. in Pras. P. I.*

nonnullorum judicio, nonnihil cespitaverit, non tamen eam, quâ communiter oneratur, invidiam meruisse certum est; Nec enim ille solus erat, qui B. Arndii phrases rejiceret, cùm de B. Gerhardo & Dannhauero constet, eos consimiliter in Arndianis Scriptis nonnulla obelo notasse; imò Gerhardum tertium ejus librum prorsus non, nisi quam plurimis in eo mutatis approbare voluisse. (d) Sunt tamen, qui Osiandrum sub ultimum Vitæ suæ articulum maximè indoluisse scribant, quòd pientissimum Arndium fuerit adortus, cujus fides sit penes Authorem. (e) Pari ferè injuriâ Osiandro imputatur tumultus, qui ex controversia Tubingensium cum Giessiensibus in Materiâ de Statu Exinanitionis Christi & exercitio Majestatis secundùm humanam naturam, in Ecclesia coortus est; quanquam enim ille in Disputatione quâdam Controversiam istam attigerit, factum tamen erat suppresso nomine, Balthasaris Menzeri, cujus fundamenta in Cathedrâ modestè excutiebat; Enimvero Studiosorum quispiam publicè assurgens; Injuriam fieri Menzero, vociferabatur: (f) Quo ipso coactus Osiander ad liberandam fidem & existimationem suam, rem omnem, quæ hactenus inter Professores Academiæ delituerat, enarrare; atque ita classicum erat datum bello sacro jamjam sub favillis glisceni. Sed nec illud reticendum, quod Anno 1636. Fanaticus quidam nebulo (qui ab Arnoldo Ludovicus Friderius

(d) *Vid. J. Leonhard. Lenzii, Disp. contra Pietistas 1704. editam. Conf. Caroli Mem. T. I. p. m. 594.*

(e) *D. Spener. Hist. Pietismi p. m. 19.*

(f) *Acta Menzeriana Stuttgardiæ impressa 1622. 4.*

cus Giffthеil fuiſſe perhibetur, ſed perperam Abbatis Würtembergici filius vocatur, (g) in conſpectu totius Eccleſiæ Tubinganæ conſcenſo Suggeſtu, ſtricto gladio Concionantem poſticè transfodere conatus fuerit, addito convicio: Cur non prædicas Verbum divinum? Enimvero ictu per agilitatem Concionantis, quem Auditores, ut ſibi protinus caveret, monuerant, fruſtrato, ipſe prehenſum invaſorem robore à Deo ornatus ad usque altare protraxit, ubi concurrente mulierum turmâ egregiê ab illâ fuit dedolatus & clavibus capiti vultuique impactis ita ſignatus, ut quod meruit, ſtigma â Carnifice, imbellium fœmellarum miniſterio coactus fuerit cum infamiâ ſuſtinere. (h) Et hæc ſunt præcipua Fata, quæ virum exercuerunt eo tempore, quod univerſæ Würtembergiæ fuit calamitoſiſſimum. Ipſe autem erat facie tetragonos in utraque fortuna, & agoniam ſuam finiebat An. 1638. die 10. Auguſti; ætatis 68. Juſta Parentalia exolvit Johannes Ulricus Pregizer Concione ex 2. Reg. II. v. 11. 12. D. Melchior Nicolai, Oratione Parentali, quas omninò vide. (i) Cæterùm egregiè illum contra Godofredi Arnoldi criminationes & calumnias nuperrimè defendit, M. Andreas Carolus, SuperIntendens Kircho Teccenſis, nimis præcociter defunctus. (k) Sæpenumerò confunditur cum Patre ſuo cognomine, præſertim à P. Frehero p. 331. Königio Biblioth.

P. 593.

(g) *Hiſt. Hær. T. III. c. X. §. 8. 13. p. 98. 100.*

(h) *Conf. Caroli Mem. T. I. p. m. 875. & Jubil. II. Acad. Tub. p. 93.*

(i) *Conf. Jubil. Acad. Tub. Secund p. 103.*

(k) *VVürtemb.* Unſchuld 3. Th. 6. cap. p. 419. ſeqq.

p. 593. Wittenio in Diar. 1604. confer. Celeb. Dn. G. Serpilii Epitaphia Theol. Suev. p. 50. seqq.

Scripta.

ENchiridion Controversiarum cum Calvinianis, Francofurti Anno 1603. Tubingæ, 1607. Lubecæ, 1608. Witteberga Anno 16 5.8.

Enchiridion Controversiarum cum Schwenckfeldianis, Tubingæ, 1607.8.

Enchiridion Controversiarum cum Pontificiis Witteberga, 1607.8. Hamburgi, 1611.4.

Enchiridion Controversiarum cum Anabaptistis, Tubingæ, 1605.8. Francof. 1614.

Justa defensio Orthodoxæ Veritatis de quatuor quæstionibus quoad Omnipræsentiam humanæ Christi Naturæ, Tubingæ, 1622.4.

Disputatio de Omnipræsentia Christi hominis, Tubing. 1619.4.

Assertio de duarum Naturarum in Christo Veritate, Unione &c. ib. 1619.4.

Disputatio de Communicatione Idiomatum, Tubingæ, 1619.4.

Disp. de Regimine Ecclesiastico, 1619.4.

Scultetus Atheus, Tub. A. 1620.

Disp. de nomine Christo donato, Tub. 1620.4.

Informatio de Controversiis nonnullis, Tub. 1620.4.

Admonitio de Corruptelis Vaticiniorum Tubingæ, 1621.4.

Orthodoxæ Conciliationis modi, Tub. 1621.

Disp. de Enthusiasmo, 1622.4.

Expli-

Explicatio Mysterii Electionis. R. *Josia Dedekenno, Tub. 1623.*

Mentis Wigelii de S. Scripturâ dejectio, Tub. 1624. 4.

Sacrati Calicis in Communione subtractio, Tubingæ, 1624. 4.

Disputatio de Indurations R. *Christopboro Zellero, Tub. 1625. 4.*

Disp. de Causa formali Justificationis R. *Joh. Georg. Grangier, Tub. 1625. 4.*

Succincta delineatio venerandi Sacramenti Evchariſtiæ, R. *Daniele Ludovico, Montpelg. Tub. 1625. 4.*

Disp. de Viribus liberi Arbitrii, Tub. 1625. 4.

Disp. de Baptismo, Respondente Abrahamo Gete, Tub. 1626. 4.

Disp. de Efficacia Verbi, Tub. 1626. 4.

Canones de statu Exinanitionis Carnis Christi, ibid. 1621. 4.

Orationes.

Oratio funebris in Obitum Hasenrefferi, Tubingæ, 1620. 4.

Oratio in Obitum Johannis Friderici, Ducis Wirtembergici, Tubingæ, 1629. 4.

Oratio de Vita & obitu Theodori Thummii SS. Theol. Doctoris eximii, Tubingæ, 1630. & Francof. in H. Witten Memoriis, An. 1685. 8.

Oratio Funebris in Obitum Lud. Frid. Ducis Wirtemb. Tub. 1631. 4.

Oratio Parentalis in Obitum Frid. Achillis, Ducis Wirtemb. ib. 1632. 4.

Abriß deß treffl. Kleinots/welches die Jesuiter zu Durlach erfochten haben/Tüb. 1614. 4.

Theologisches Bedencken/ welcher gestalten Joh. Arnds Bücher deß genannten wahren Christenthums anzusehen/ Tüb. 1623. 8.

Erinnerung bey dem *Revocations-Actu D. Jac. Reibings, ibid.* 1622. 4.

Leich-Predigt bey dem Absterben Johann Friderichs/ Hertzogs zu Würtemberg/ *ex Psalmo* 132. *v.* 10. nimm nicht weg das Regiment ꝛc. Tüb. 1628 4.

Leich-Predigt über Christoph Bindern *Prælaten* zu Maulbronn / *ex* 1. *Sam.* 25. *v.* 1. Tüb. 1616. 4.

Neu-Jahrs-Predigt/ *ex* 1. *Petr.* 4. *v.* 3. Tübing. 1622. 4.

Christliche Predigt von der *Fraternitæt* und Brüderschafft deß reichen Mannes/ *ex Lucæ* 16. Tüb. 1622. 4.

Leich-Predigt über Jacob Reihing / *Doct. & Prof Theol. ex Matth.* 13. *v.* 45. 46. Tübingen/ 1628. 4.

Erbhuldigungs-Predigt *ex* 2. *Chron.* 15. *v.* 1-15. Stuttg. 1629 4.

Conc. fun. Theod. Thummii, Doctor. & Prof. Theolog. ex 2. *Tim.* 4. *v.* 18. Tüb. 1630. 4.

Einweyhungs-Pr. der Kirchen zu Renningen/ *An.* 1603. 4.

Corona Anni, oder Neu-Jahrs-Predigt/ Tübingen/ 1610. 4.

Nat. 1572.
Cl. 1608.
Ob. 1620.

JOHANNES HAUBERUS, SS. Theologiæ Doctor & Celsissimi Wirtembergiæ Ducis, Johannis Friderici, Ecclesiastes

siastes Aulicus, Confessionarius & Assessor Consistorii, natione fuit Suevus, natus in agro Wirtembergico, pago Megerkingen, Diœceseos Uracensis d. 9. Novembr. horâ primâ antemeridianâ A. C. 1572. Patrem habuit, Michaëlem, Pastorem, Virum doctum & honestum, qui ibidem obiit A. C. 1605. d. 23. Dec. hor. 8. pomeridiana Ætatis 57. Ministerii 37. Matrem Catharinam Köchin, Heidenheimens. quæ fato cessit Anno 1595. In Parentum sinu educatus & studiis liberalibus maturè consecratus, Scholam Trivialem An. 1579. ingressus Uraci, prima studiorum fundamenta felicissimè posuit, usus Præceptore fidelissimo, Wolffgango Bonackero, cujus fidem, industriam, accuratam institutionem, singularemque dexteritatem gratus postea deprædicavit; Rhetoricam suam publicâ & solenni dedicatione illi inscribens. In Monasticam deinceps Blabyrensem translatus Anno 1585. sub Theologo gravissimo, Johanne Schopfio, Præsule, quem in eâdem Epistolâ compellat, adolevit, Præceptoribus M. Jacobo Löblino, M. Michaële Jelino & M. Johanne Giffheilio gavisus A. 1588. in superius Monasterium Hirsaugiense promotus tres successivè Abbates, Parsimonium, Varenbülerum & Brentium, Juniorem, propter Ingenii felicitatem & Judicii dexteritatem patronos habuit. A. 1590. 16. Sept. cum aliis 30. Condiscipulis primam Philosophiæ lauream, Decano Georgio Lieblero, & Promotore Erhardo Cellio, Oratore & Poëta suavissimo, accepit. Anno autem 1591. Tubingam traductus, Decano & Promotore Martino Crusio, secundam A. demum 1593. collatam. Ibi

in Philosophiâ Doctoribus usus est præclarissimis; Andrea Planero in Logicis, Lieblero in Physicis, Sam. Heilando & Vito Müllero, in Ethicis; Mæstlino in Astronomicis. In Theologiâ Viros Clarissimos audivit Heerbrandum, Gerlachium, Hafenrefferum, Sigwartum, quorum institutione 12. annos integros, (sex nimirum, in Stipendio adhuc versatus, & sex reliquos in statione Diaconi Tubingensis,) excultus ad solidam Controversiarum Theologicarum notitiam pervenit, Συνδρόμως in studiis habuit Theologos Celebratissimos, Christ. Binderum, Schæfferum, Enslinum, Dan. Hízlerum, Wilhelmum Gmelinum, & alios Viros pietate, Zelo, eruditione, rerumque usu præstantissimos; An. 1596. 8. Martii Repetentis partes ei sunt delatæ, quas in illustri Stipendio sustinere solent septem. A. 1599. d. 13. Junii ad Diaconatum Ecclesiæ Tubingensis vocatus & Dominicâ VIII. p. Trin. à. D. Sigwarto publicè inauguratus fuit. Eo in munere tantam diligentiam, Zelum, dexteritatem & fidelitatem adhibuit, ut Tubingenses summo ipsum amore complecterentur. Accidit autem singulari quodam fato, ut permittente Principe Wirtembergico Anno 1605. Bibracum ad primariam functionem evocaretur, ubi cùm officio suo in asserendâ doctrinæ Evangelii puritate fidelissmè defungeretur, diu latere non potuit. Revocatus igitur à Principe Successore, Johanne Friderico, in Patriam Anno 1612. d. 27. Martii, ut illi â Concionibus Aulicis, Confessionibus & consiliis Sacris esset; ejusdem mandato, propter egregia pietatis & eruditionis dona, Theologiæ Doctoris axiomate unâ cum Tobia

Lot-

Lottero, B. L. Lochero, & Joh. Henrico Hiemero, d. 10. Nov. 1612. ornatur. Ex quo Stuttgardiam reversus, Aulici Concionatoris Munus gessit usque ad beatum obitum. Quanquam enim ob insignem eruditionem, rerum usum & experientiam, summamque dexteritatem secundâ vel tertiâ Vicè ab Inclyto Senatu Academico Tubingensi ad capessendam Professionem Theologicam nominatus submisse expeteretur, Princeps tamen, Hauberi amantissimus, in illius dimissionem consentire noluit. Vitæ sibi sociam An. 1599. d. 9. Octobris assumsit Virginem, Annam Mariam, Johannis Zelleri, Pastoris Rothfeldensis, pietate, doctrinâ, humanitate, hospitalitate & liberalitate præstantis Viri filiam, 14. liberorum ex eâ factus Pater, quorum sex reliquit in vivis. Erat Vir juxta Johannis Ulr. Pregizeri Elogium, rerum divinarum & Mysteriorum Theologicorum scientiâ non tinctus sed præclarè imbutus. (a) Sinceræ & γνησίως Lutheranæ doctrinæ, quam â Præceptoribus hausit, amantissimus & â studio novitatum alienissimus, qui singulari conservandæ veræ religionis studio flagrabat, cujus rei testes nominat, J. U. Pregizerus, doctas & utiles ejus Conciones Catecheticas (Wegweiser der Layen.) Bibraci habitas. (b) Philosophus insignis, cujus Erotemata Logices & Rhetorices eo ingenii acumine, solertiâ & industriâ concinnata, ut per seculum penè publicam in Scholis Wirtembergicis authoritatem obtinuerint. (c) Johannes Val.

(a) *Or. Parent. p. 20.*
(b) *Ibid. p. 24.*
(c) *Ibid. p. 15.*

Andreæ, cujus patronus & defensor extitit, eum appellat Theologum absolutum, qui nullas artes sub insigni peritiâ noverit, quam animi serenitatem & modestiam, (d) qui incorrupti judicii & miræ mansuetudinis Vir fuerit, cujus literas, judicium de libellis & scribendi genere Andreano continentes, adducit his verbis: Tu molestas animi curas verâ animi patientiâ & precum assiduitate fultus spei anchorâ levabis. Ego votis atque conatibus meis tibi assistens, tua promovebo cõmoda, quantum divina gratia concesserit. Si libelli tui obtrectationem patiuntur, aut invidiam tibi conflant: id nec mirum, nec insolitum videri debet Viro, qui mundi mores perversos dudum habuit exploratos. Placet mihi in iis elegantia styli, sententiarum gravitate & rerum varietate nervosè coarctata, Libertas in dicendo, quam â sincero Virtutis Amore & Odio Vitiorum atque Scelerum grassantium justo profluere censeo, non displicet &c. (e) Balthas. Raithio (f) Hauberus audit cordatus & emendatissimæ Vitæ Theologus; A. Carolo (g) Vir tàm de Scholasticâ, quam Ecclesiasticâ Republica optimè meritus. Ipse castra Principis sui Wormatiam tendentis secutus, uti aliâs infirmioris valetudinis erat, Diarrhœa seu alvi profluvio laborare cepit, cùmque membrorum lassitudinem indies augeri, viresque decrescere animadverteret, Ministro Evangelii ad se vocato, significat suæ jam instare exitum vitæ, & se suâ obsignaturum morte

(d) *In Orat. Fun. Erasmo Grüningero hab. p. m. 41.*
(e) *Andreæ Vita Manuscripta, ad A. 1618.*
(f) *In Laud. Christ. Zelleri, p. 18.*
(g) *Tom. I. Memorab. p. 503.*

te doctrinam, quam voce & calamo, contra hæreticos quoscunque publicè asseruerit, deque hâc assertâ & defensa Christo Servatori suo rationes læto redditurum animo. Ita viribus consumtis, accedente Apoplexiâ, animam placide exhalavit. d. 1. Octobr. A. 1620. ætatis 49. Ministerii 20. cui Princeps per Johann Conr. Brotbeckium, Cameræ Secretarium splendidas non solum exequias adornari, sed & Sepulcrum in Templo Wormatiensi D. Stephano sacro fieri curavit. Parentales ei laudes fecit Academia Tubingensis, Programmate publico & Oratione solenni à J. Ulrico Pregizero, Theol. D. & Professor recitata, edit. Tub. 1622. 4. cui inter alios carmen suffixit Janus Gruterus; & Joh. Harpprechtus, JC.

ANAGRAMMA.

JOANNES HAUBERUS.

ἀναγρ.

EN! NOAH VERUS ABIS.

Præ reliquis eminet Thomæ Lansii Epigramma:

HAUBERO Comites CANDORque FIDESque fuerunt,
Cùm peteret cœli Vir pius ille thronum.
Debuerant comites post se liquisse colonos,
Aut mox in terras inde redire suas.
Contra est. Usurpat nam FRAUS CANDORIS honores
Et fidei (Pudor ô!) nomina FUCUS habet.

M. Frid. Heermanni Flayderi, P. P.

Quæritur Hauberus procul hâc cur Teccidis ora
Mortuus externam funere claret humum.

Causa est, quod lacrymis non Wirtembergia totis
Flevisset TANTI funera SANCTA Viri.

Meminit ejus G. M. Könige Biblioth. Vet. & Nova p. m. 382. & Aug. Brunnii Synopſ. p. 74. De Scriptis Biblioth. Draudii conſuli poteſt.

Scripta.

Diſputatio de Remiſſione Peccatorum, Tubingæ, 1696. in 4.

Carmen in obitum Stephani Gerlachii, filii, ibidem 1599. fol.

Erotematum Dialecticorum Libri VI. cum Præfatione Andreæ Planeri, Atheſini & ipſius Authoris, Tubingæ, 1602. 1604. Stuttgardiæ, 1654 in 8.

Erotemata Rhetorica, Tubingæ, 1609. 1618. Stuttg. 1651. 8.

Diſſertatio de Problemate Theologico: Utrum Philoſophandi Ratio ad materias Theologicas adhibenda, Tubingæ, 1612. in 4.

Germanica.

Wegweiſer der Layen / das iſt / *XV.* Predigten über den Catechißmum / zu Bibrach gehalten / Tüb. 1610. 1620. *in 8.*

Leichpr. über den Tod der Durchl. Fürſtin und Frauen *Sibyllæ*, Hertzogin zu Würtemberg / auß dem 90. *Pſalm. v. 13.* Stuttgardt / 1615. *in 4.*

Erinnerungs-Predigt auf das Evangeliſche Jubel-Feſt / am 20. Sonntag nach *Trinit.* gehalten / auß der Offenb. *Johannis XVIII. v. 1.*

2. 3 4. 5. 6. 7. usq; Qual und Leyden/ Stuttg. *1618. in 4.*

MICHAEL SCHÆFFERUS, Sereniſſimi Wirtembergiæ Ducis Friderici, Concionator Aulicus, PetriCellis, obſcuro Diœceſeos Sulzenſis in Hercynia pago, in lucem editus, Anno 1573. Patre Bartholomæo, ibidem Paſtore, Matre Annâ, quæ poſtea Jacobo Heinlino, Calvenſium SuperIntendenti nupſit, ex qua Zachariam Schæfferum, Profeſſorem Eloquentiæ in Academia Tubingenſi celebrem, germanum Joh. Jac. Heinlinum verò Abbatem Bebenhuſanum, uterinum habuit fratrem. Studiis deſtinatus ſub parentali planè cura Vitrici, Calvæ, Religionis & Literaturæ primis Elementis, deinde vero & Stuttgardiæ in Pædagogio imbuitur. Ex quo propter eminentia, quæ Deus largiter in eum contulerat, dona, illicò in Stipendium Ducale Tubinganum traductus, iis in ſtudio Linguarum & Philoſophiæ profectibus enituit, ut brevi gradum Magiſterii atque inter Competitores primum locum in teſtimonium Eruditionis conſequeretur. (a) Inde poſt Repetentis munus aliquandiu geſtum, editaque Theologicæ eruditionis de Creatione & Mediatore Chriſto publicè diſputando Specimina, ad Diaconiam Marpacenſem promotus, in qua, cùm non ſolùm Concionantis ſpartam egregiè ornaret, verum etiam geminas diſputationes de Perſona Chriſti & Communicatione Idiomatum, à ſe conſcriptas, publicè magno cum applauſu Tubin-

Nat. 1573. Cl. 1608. Ob. 1608.

(a) *Chriſtoph Binder. Conc. fun. p. m. 25.*

gæ defenderet, dignus habitus fuit, qui 1601. ad Professionem Theologiæ Extraordinariam in Academia Tubingensi, & connexam Stipendii Theologici Inspectionem proveheretur. Cum autem insigni oris facundia passim celebraretur, famâ illius ad Serenissimum Principem delatâ, in Aulam accitus est, in quâ Ecclesiasten alterum & Consistorii Assessorem egit prudentem ac fidelem. Thalami consortem habuit Annam, Andreæ Grammeri Abbatis filiam. Erat, Johanne Valentino Andreæ judice, genuinus Hafenrefferi disciplinus; Vir profundâ eruditione, vitæ rectitudine, atque industriâ pene inimitabili conspicuus, sed brevioris, quàm pro re Christiana, ævi, qui plura eximii Ingenii & egregiæ Voluntatis affecta potiùs, quàm perfecta opera nobis reliquit, (b) de quo nisi eum properantia fatorum, multorum spe votóque citius, inter cælites retulisset, quid Christi Ecclesia sibi potuerit promittere aut expectare, vel unicam Compendii Theologici Isagogen, per præcipuas Germaniæ Urbes numerosis vicibus recusam, æquos rerum arbitros intueri jubet Magister Hessenthalerus. (c) Mosen Amyraldum certè, celebrem apud Salmurienses in Gallia olim Professorem Reformatæ Religionis, ex Epistola manuscripta producit, qui benignissimum & Schæffero glorioſum Judicium de isto libello exposuerit. Singularem judicii ejus dexteritatem & solertiam deprædicat Binderus. (d) Cæterum

(b) *J. V. Andreæ Selen. August. p. 56. apud Carol. Memor. T. I. Libr. I. p. m. 175.*

(c) *Laudat. funebr. Heinlin. p. 7. edit. 4.*

(d) *Conc. fun. p. 5 & 26.*

terùm Zelo domûs Domini usque adeo arsisse perhibetur, ut eo in Ministerio Aulico credatur consumtus. (e) Piè igitur ac devotissimè diem clausit supremum, Anno 1608. d. 13. Nov. ætatis 35. Conc. fun. habuit Christoph. Binder ex Hebr. 13.7. (f) Scripta ejus recenset H. Wittenius Diar. Biograph. ad Annum 1608. & G. Draudius Bibliothec. Class. Germ.

Scripta.

Isagoge Compendii Theol. Tub. 1606. 1632. Luneburg. 1663. 32.

Disputationes duæ de Persona Christi & Communicatione Idiomatum, Tub. 1601. 4.

Tractatus de Unione Personali, Tub. 1607. 8.

Disputationes quinque de summis Fidei Articulis, Tub. 1607. 8.

Ἀκρόπολις Christianæ Religionis, Tub. 1607. 8.

Disp. de Peccato Originis & Origine Animæ quorundam erroribus opposita.

Manuscripta.

Analysis Disputationis de Creatione & Angelis.

De Electione.

Fünff Regiments-Reguln auß dem 4. Capitel Syrachs in 7. Predigten/ Tübingen/ 1608. 12.

Anleitung/wie man das grosse Geheimnüß von der Person und Gutthaten Christi heilsam.

(e) *Jubil. Acad. Tub. p. 103.*

(f) *Conf. G. Serpilii Epitaphia, p. 57.*

samlich betrachten soll / Stuttgardt / *Anno 1608. 8.*

Predigten über das Buch *Josuæ*, Tübingen / 1598. 4.

Leich-Predigt einer vom Pabstthum zum Evangelischen Glauben bekehrten Weibs-Person / *Joh. 14. v. 6.* Tüb. *1606. 4.*

Valet-Predigt *Matth. 11. 23.* du bist biß in Himmel erhaben / *ib. 1606. 4.*

Insignis & pathetica Conc. Pœnitentialis, sed per alium è Suggestu recitata propter Schæfferi infirmitatem.

Leich-Predigt Hertzog Friderichs von Würtemb. Tübingen / *1608. 4.*

Leich-Predigt *Joh. Nenquiz* von *Bazka* eines getauften Türcken / auß *Hagg. 2. 8. 1607. 4.*

Von den falschen Propheten *Matth. VII.* Tübingen / *1606. 4. memorabilis admodum Concio.*

Leich-Predigt über Melch. Jägern den Jüngern / auß *Ps. 90.* Tübingen / *1693. in 4.*

IX. Predigten von unterschiedl. *Materien* / Tüb. *1609. 12. à fratre Zach. Schæffero, Eloq. Professore, publicatæ.*

Clar. 1610. *Ob. 1621.* JOH. HENRICUS HIEMER, S. Theol. D. & ex Professore Academiæ Tubingensis Abbas Anhusanus, diem natalem habuit Unter-Ensingæ, Diæceseos Nürtingensis pago circa An. 1573. Studiis adhibitus & in phrontisteria Claustralia receptus eò tandem emersit, ut primò quidem Diaconiæ Herrenbergensi adhiberetur, quâ per annos aliquot fideliter administratâ, circa Annum 1612. ad Professionem Theologiæ Ex-

Extraordinariam in Universitate Patria, & Ducalis Stipendii Inspectionem provectus, Gradum Doctoris, more solenni, Competitoribus, Christophoro Bindero & Joh. Haubero, Concionatoribus Aulicis, assumsit. (a) Anno autem 1619. Mense Februario ad Anhusani Cœnobii Abbatiam translatus, eidémque beatè est immortuus. Theologus, B. Raithio teste, qui Divini non segnior Sectator Codicis, quàm Aristotelici Organi fuerat. (b)Scripsit varia contra Pontificios, inprimis Joh. Georgium Streitium, J. U. Licentiatum, idiomate vernaculo. Cœlo addictus ex Apoplexiâ. Anno 1621. d. 14. Januarii. Conjugem habuit Annam Margaretam, Alexandri Fabri, J. U. D. & Dicasterii Aulici Adsessoris, filiam. Vid. Conc. Funebr. Joh. Frid. Hiemero, nepoti ejus Pastori Kemnatensium, habitam p. 21.

Scripta.

ORatio Theologica de Divinitate JEsu Christi, Tub. 1615. 4.
Oratio Secularis de Vita & meritis B. Lutheri in Jubilæo Reformationis, 1617. 4.
Disputatio de Reprobatione, ib. 1617. 4.
de Fide, Tub. 1617. 4.
de Sacramentis in genere, Tub. 1617. 4.
de Baptismo. ib. 1618. 4.
de Cœna Dominica XI. 1618. 4.

Phi-

(a) *Brunnii Synops. p. 75.*
(b) *Jub. Acad. Tub. p. 103.*

Philosophica.

Epitome Physicorum ex Aristotelis Philosophia Naturali depromta, Tubingæ, 1605. 4.

Epitome Librorum Aristot. Logicorum, Tubingæ, 1614. 8.

Gegen-Bericht auf ein papistisch Gespräch/ Tüb. *1614.* 8.

Gründl. Ableinung der unwarhafften Schutz-Rede / so Johann Georg Streit / *J. U. L.* herauß gegeben/ Tüb. *1615.* 8.

Danckſagung gegen der von Joh. Georg Streiten/ auf *D. Joh. Henr. Hiemern* außgesprengten *Gratulations*-Schrifft/ *1616.* 8.

Brüderschafft unser lieben Frauen Raith in Schlettstatt/ *1617.* 8.

Hochzeit-Predigt über David *Hasenreffer*, Tüb. *1614.* 8.

2. Pr. auf das Tübingische Jubel-Fest/ Tüb. *1617.* 4.

* Vid. Ephraimi Prætor. Bibliothec.-Homil. in Indice.

Leich-Predigt über Dorothea *Varenbüblerin*, gebohrne Drachin / auß *Lucæ II. v. 36. 37. 38.* Tüb. *1617.* 4.

Nat. 1573. Clar. 1610. Ob. 1657. CHRISTOPHORUS ENSLINUS, Pastor & Senior Reutlingensis, primos vagitus edidit Heidenhemii 1573. mense Januario, Parentibus Cunrado, Lanione, & Susanna Glaserin, Alensi, cujus Abavus Maternus Alexander Glaser, pie Reformationi Civitatis Alensis sedulam navavit operam. Mi-

Miniſterio à Matre devotus, ſub Martini Wirthii, Diaconi informatione, elementa litterarum hauſit; Inde Auguſtini Brunnii, Paſtoris Heidenheimenſis conſilio Tubingam deductus, non in Muſicâ tantum, ſed & aliis artibus Georgii Liebleri & Engelhardi ductu profecit, Anno 1585. Stuttgardiæ examinatus, Adelbergam in Collegium Alumnorum ſub Abbate Chriſtophoro Bindero, Seniore, cui ſe voce ſuâ ſuaviſſimâ plurimùm comendaverat, & Anno 1588. Bebenhuſam ſub Abbatiâ Erhardi Bidembachii, promotus, paulò ſequioribus fatis uti cepit. Honores tamen Baccalaureatus ibidem, & 1591. in Stipendium Ducale receptus, biennio elapſo, gradum Magiſterii conſecutus eſt, Anno 1596. Repetens factus & favore Superattendentium gaviſus Anno 1599. legitimam Vocationem ad Diaconiam Uracenſem obtinuit, toti Auditorio admodùm acceptus. Anno 1607. ad Parochiam pagi Sundelfingenſis prope Reutlingam translatus fuit. Graſſante autem 1609. lue peſtiferâ, qua & ipſe aliquandiu decubuerat, à Reutlingenſibus honorificâ vocatione deſideratus, Sereniſſimi Principis indultu, Diaconiam certis conditionibus acceptavit, binâs quotidie habere ſolitus Conciones. Unde porrò 1610. Paſtor & Decanus Capituli Reutlingenſis declaratus & 1628. Senior, Paſtorque Primarius (a) ac SuperIntendens. Prima illius conjux erat Agatha Wolfia, Anno 1600. deſponſata, quæ ſextam ei prolem dedit. Altera Margareta Schweizeria, Martini Seidelii, Secretarii in Curiâ Stuttgardiana Ducali, Vidua. Ex filio Nepotem vidit

(a) *Conf. Aug. Brunnius Lib. Synopt. p. 33.*

vidit cognominem, ipso adhuc vivente, Reutlingensis Ecclesiæ Diaconum & ad ultimum, licet per intervallum, Avi Successorem. (b) Ipse Concionator fuit, Laubenbergero teste, insignis & laboriosus, qui ultra undecim millia Concionum è suggestu recitavit. Pestilentiam tertia vice, caritatem annonæ secundâ, belli diuturni calamitates sæpiùs expertus, fidelem sese & officiosum exhibuit omnibus. Cæterum privatis nonnullorum odiis valde exagitatus, ita quidem, ut inimicorum aliquis per quatuordecim dies onerato Sclopeto insidias clandestinas illi struxerit, quas tandem is ipse confessus est. Satur humanæ miseriæ viribusque ex haustis stranguriâ occubuit, d. 12. Junii 1657. ætatis 83. Minist. 58. Concionem Funebr. dixit Philippus Laubenberger, Successor Immediatus ex 1. Sam XX. v. 3.

Scripta.

Leich-Predigt über *M.* Daniel Wucherers *Archi-Diac.* zu Reutlingen/ *Dan.* 12. Tübingen/ 1618. 4.

Christl. *Sermon* vom hohen ehrlichen Alter/ 2. *Sam. XIX. v.* 31-41. samt *Valediction* an seine Zuhörer und Freunde/ Tüb. 1654. 4.

Leich-Predigt über Jacob *Andreæ* Pfarrern zu Kirchen Tellinsfurt/ auß Pred. *Salom. XII.* 12. Tüb. 1633. 4.

Leich-Predigt über Frau Maria Agatha Megenzerin/ Tüb. 1611. 4.

Er-

(b) *Vid. Relationem Vitæ ab Enslino descriptam & Concioni Fun. annexam plur.*

Erinnerung auß dem *Evangelio Matth.* XXII. vom Zinsgroſchen/ Nürnberg/ 1623. 4.
Diabolus Relegatus, Peitſche wider den Teuffel/ Stockholm/ 1650. 8.
Paxillus Eliakim, Tübingen/ 1652. 4.

GEORGIUS CONRADUS MAICLERUS, Poëta Nobilis Coronatus, & Paſtor Fehlbacenſis, ortu ſuo nobilitavit Enderſpacum, Schorndorffenſis Præfecturæ in valle Rhemſana pagum, natus An. 1574. d. 31. Octobr. Patre, M. Conrado, Paſtore ibidem ſemiſeculari, Matre Dorotheâ Hippiâ. Fautoribus deſtituti parentes vinitorem è Filio fieri permiſiſſent jam dum falci adſueſcentem. Sed à Patrino & Avunculo Hippio Ærarii Sacri quæſtore objurgati mutatâ ſententiâ Scholæ Schorndorffenſi ſub Præceptore Wackero, ſtudiorum cauſâ, puerum admöverunt. Ex qua jactis Literarum rudimentis in Collegium Alumnorum Ducalium Cœnobii Regiofontani, & poſtmodum Bebenhuſani receptus, Ingenii præſtantiâ & Poëſeos cultura jam tùm cepit inclareſcere; Unde Stipendium Illuſtre ingreſſus & Philoſophiæ incumbens à Martino Cruſio in publica prælectione mutato paulum nomine Magis clarus, (quam ſcil. alii,) vocatus eſt. (a) Anno 1598. d. 14. Febr. primæ Laureæ honoribus Magiſterii gradum adjiciens, Theologiam eo cum ſucceſſu per quinquennium excoluit, ut Anno 1603. d. 7. Aug. Diaconiæ Schorndorffenſi, ſub Decano & Collega, Matthæo Aulbero, & Anno 1610. Parochiæ Fehl-

Nat. 1574. Cl. 1612. Ob. 1647.

e bacenſi,

(a) *Vid. Carm. Panegyr. Joh. Hier. Kauz. p. m. 77.*

bacensi, Diœceseos Cantstadiensis, præficeretur, cui per 37. annos continuos usque ad beatam Analysin sponte affixus mansit. Anno 1626. quatuor Parœcias absque ullius opera vicarii solus administravit. Baptizatis Ministerii sui tempore 1583. Infantibus, Sacerdotali benedictione copulatis 580. Conjugiis, & emortuis ex numeroso Auditorum cœtu 1566. hominib⁹, Ipse tamen luem feralem quartâ vice in Patria grassantem mirabiliter evasit. Matrimonium iniit cum quatuor desponsatis, nempe Margaretha, Henrici Mülleri, Schorndorffensis Senatoris; deinceps cum Agnete, M. Wielandi Pastoris Filia; porrò cum Anna Schulzia, denique cum Margaretha Binderia, Viduis, relictâ è primo Conjugio unicà tantùm Filiâ Joh. Hieronymo Cauzio, Pastori Monasterienſi non indocto, nupta. Erat autem Maicle-rus amœnioris Literaturæ Vir, qui etiamnum Studiosus in Academiæ Tubingensi Historiam Susannæ, & paulò post duplex Epulum Illustre illa Carminẽs felicitate descripserat, ut famâ ejus in Saxoniam penétrante, Anno 1604. d. 7. Junii à Georgio Godelmanno, J. U. D. & Comite Palatino Cæsareo, misso è Dresda Metropoli Electorali diplomate, typis impresso, cum insigni elogio, lauru Poëticâ (pro illius temporis consuetudine,) sponte donaretur. Cui Anno 1635. Joh. Joachim à Grüthal, Collegii Tubingensis Ephorus, itidem Palatinus Comes, Emblema prorsus illustre, Virginis, nimirum, facie Solari radiantis dextràque Speculum & lævâ Sceptrum gestantis, cum lemmate: Magis clarus, & Sole in Clypeo coruscante, adjecit. Quod ipsum testimonio est, Illum magnorum Virorum gratia floruisse.

Sed

Sed nec minori eluebat pietate; (b) ut qui Patrem Auditorum & Exemplar sese præstaret. Interpellantibus de ambiendâ conditione altiore argutum reponere solebat dicterium: Lapidem per multa loca volutum, non fieri hirsutum. Symbolum ejus Onomasticon erat: Mea Gloria Christi Misericordia. Tandem immarcessibilem Vitæ Coronam laureatus reportavit Cantstadii, quò Securitatis causâ ob belli turbas confugerat, Apoplexiâ inter obambulationem tactus, ipso Ascensionis Festo Anno 1647. ætatis 73. Ministerii 44. vid. Conc. Fun. à Frid. Kiesio, habit. p. m. 60. seqq. Effigiem Viri Carmine honoravit Joh. Augustinus Assum:

Quis? Qualis? Quantus? Maiclerus nomine, sed re
Theiologus, Vates; maximus Ingenio.
Lustra undena Senex, tres & numeraverat annos
Quum Facie tali conspiciendus erat.

Epitaphium Melchior Nicolai,
Præpositus fecit:

Maiclerum lugete pii; lugete Poëtæ,
Quam dulcis (rarum hoc,) tàm fuit ille pius.

Scripta.

Historia Susannæ, 8. 1632.
Liber Psalmorum & Precationum, 1632, 8.
Epulum Illustre primum.

(b) *Melch. Nicolai in Carm. fun. Conc. cit. p. 81.*

Epulum Illustre secundum.
Myrrhæ poterium, i. e. de Passione, Resurrectione & Ascensione Christi, Libri quinque, 1632. 8.
Liber de Nativitate Christi & Ecloga de Nomine JEsu, 1632. 8.
Cithara Septi-Chorda.
Threni Davidici seu Psalmi Pœnitentiales Elegiaco Carmine vestiti, Tub. 1629. 8.
Sol Musarum, sive Epigrammata Sacra de Passione Dominica, 1632.
Poëmata Sacra, 1635. 8.
Threni Jeremiæ.
Arcus Jonathæ, in Obitum MAGNI Principis Wirtembergici, coronidis loco accessit ad Magneidem Bernhardi Dieterlini, Stuttgardiæ Typis Joh. Wyrichii Rösslini, 1623. in 4.

Nat. 1575.
Cl. 1612.
Ob. 1616.

CHRISTOPHORUS BINDERUS, SS. Theologiæ Doctor, Generalis Superintendens & Abbas Maulbrunnensis, locum nativitatis habuit Roswaldam, Anno 1575. Sidere feliciore genitus, à Pastore illîus Ecclesiæ, Christophori Binderi Abbatis Adelbergensis Filio, Georgio. Cursu Scholarum Trivialium & Claustralium celeriter absoluto Tubingæ in Stipendio Illustri studiis incubuit, tàm Philosophicis, quàm Theologicis, eo quidem cum successu, ut Ministerium subeunti primò Diaconia Cantstadiensis Anno 1601. & mox elapsis aliquot Annis Pastoratus Ecclesiæ Stuttgardianæ cum Vicinarum Speciali Inspectione demandaretur. Ex qua porrò Anno 1610. ad Concionatoris Aulici & Assessoris in Synedrio,

nedrio Sancto splendidum Officium provectus Theologiæ Doctoris Titulum in Academia Tubingensi cum Tobia Lottero, Johanne Haubero, & Johanne Henrico Hiemero Anno 1612. reportavit. Ultimùm Felici Bidembachio humanis exemtô, atque Erasmô Grüningerô ad Præposituram Stuttgardianam evectô, in Abbatia Mulifontana conjunctisque Hiero Tetrachæ & Assessoris in Senatu Ordinum Provincialium Interiore dignitatibus, successit Anno 1614. Quibus in officiis tàm Politicæ, quàm Theologicæ Virtutes in eo quam maximè effulserunt. (a) Erat quippe Vir verè eximius variorumque fœtuum eruditorum Parens. (b) Philosophus excellens, qui tamen non ut Dominicam, sed Ancillam Theologiæ Philosophiam tractavit; Justitiæ & Veritatis amantissimus, Syncretismi, δυψυχίας & avaritiæ Osor constantissimus. (c) E scriptis potissimùm commendatur Tractatus de Theologiâ Scholasticâ, in quo egit de ejus causis, origine, progressu ac methodo legendi Scholasticos deque corruptelis Theologiæ ab iis institutis. (d) Amicitiam singularem coluit cum M. Michaële Schæfero, suo in Ministerio Aulico Prædecessore, cujus obitum præmaturum seriò luxit. Enimverò & ipse decessit, uti præcocia ferè solent Ingenia, morte multorum spem votumque antevertente, annum ætatis 41.

(a) *Car. Memor. Tom. I. p. 397.*

(a) *D. Nicolai in Or. Fun. Luca Osiandro hab. pag. m. 17*

(c) *Conc. Fun.*

(d) *Vid. Morhof. Poly hist. Tom. II. Lib. I. cap. 14. p. m. 109.*

vix ſupergreſſus anno 1616. d. 3. Junii. Concionem Exequialem ex 1. Sam. XXI. v. 1. dixit Lucas Oſiander, Junior, addito Epitaphio ſequente:

Priſca Fides, Pietas, Candor, Doctrinà-que, Zelus,
Binderi tumulum circumſtant, flentq;, dolentque.

Scripta.

Tractatus de Cauſis Peſtis, Tub. 1611. 8.
*Theologia Scholaſtica, * Tub. 1614. 4.*
* *Vid. Morhof. loc. cit.*
Sophiſta Polycephalos, Tubingæ, 1614. 4.
Theſes de Bonis Eccleſiæ, eorumque legitimo Uſu, Tub. 1615. 8.
Tractatus de Uſuris, Ib. 1616. 8.
Notæ in Caput IX. Danielis, vid. Könige Biblioth p. m. 111.

Germanica.

Examen und Gegen-Bericht über das zu Heydelberg gedruckte Büchlein: Was die *reformirten* Kirchen in Teutſchland glauben? Tübingen/ 1608. 8.
Antwort auf *Pauli Toſſani Recapitulation*, deß Würtembergiſchen *Examinis*, 1615. 8.
Gegen-Bericht auf *Pauli Toſſani* Abfertigung ſeiner Antwort/ Tüb. 1617. 8.

Leich-

Leichpredigt über den Todt *M.* Michael Schäfers / Würtembergischen Hof-Predigers / *Hebr. XIII. 7.* Stuttgardt / 1609. 4.

Gratias - Predigt über den 106. Psalmen / Tüb. 1612. 4.

Leichpredigt über *Catharinam* von Lammersheim / 1613. 4.

JOHANNES ERHARDUS CELLIUS, Pastor & Superintendens Ecclesiæ in Imperiali Civitate Eßlingensi, ortum suum debuit Tubingæ, ubi d. 26. Septembr. 1575. Patre, Erhardo Cellio, Historiarum & Poëseos Professore celebri, & matre Barbara, Anastasii Dembleri, ICti filiâ, procreatus, & studiis Theologicis ob ingenii dotes consecratus, literas tùm in trivio, tùm in Academiâ didicit, eâ cum felicitate, ut ætatis anno 17. Magister artium crearetur, omni comilitonum sat numeroso cœtui jure antelatus. Hinc Theologiam aggressus septem annos continuos disputando & perorando ita se exercuit, ut anno ætatis 19. Professionem Artium & Rectoratum Contubernii à Senatu Academico adeptus fuerit; Quibus officiis dexteritate & industriâ singulari præfuit. Absoluto cursu Academico Pastor in pago Wanckheim Tubingæ vicino factus, (exemplo nunquam vel ante vel post ipsum memoriæ prodito,) ut quis ex Professore Academico demum exigui loci Parochum agere non detrectaverit, sex annis oviculas suas, in fide & pietate fideliter erudivit. A. 1604. à Senatu Wimpinæ Imperialis, ad Pastoris Dignita-

Nat. 1575. Cl. 1612. Ob. 1627.

tem legitimè vocatus octavum annum ibidem transegit, eâ cum curâ, ut honestissimæ passim Leobergam, Spiram & aliorsum vocationes illi fuerint oblatæ, quas tamen Amore Auditorum victus posthabuit. Tandem verò anno 1612. quo Christophorus Heermannus, Theologiæ Doctor & Superintendens Eslingensis, fatis concesserat, à Senatu istius Urbis in Successorem desideratus, Spartam gravibus ex causis, habita d. 27. Septembr. Dominicâ XVI. post Trinitatis Concione Salutatoria ex 2. Cor. IV. 7. suscepit, eandemque usque ad obitum piè administravit. Nuptias celebravit, Anno 1599. cum Annâ Maria, Georgii Schüzii, Pastoris Möringensis, filiâ, Jacobi Andreæ Cancellarii nepte, ex qua tredecim liberos progenuit, & septem superstites reliquit, interque illos, M. Joh. Georgium, Pastorem Feurbacensem, & Johannem Erhardum, Medicinæ Doctorem & Physicum Eslingensem. Theologus, T. Wagneri testimonio, inter præcipuos sui temporis referendus. Vir omnigenæ scientiæ & Eloquentiæ singularis, cujus à labiis mellea consolandi vis destillavit. Nec minori in DEum & parentes pietate, modestiâ, humanitate, humilitate & patientiâ insignis. Claruit scriptis. 1614. teste A. Brunnio. Syn. p. 67. Dentes tamen Zoilorum sæpè expertus. Concionem Passionalem habiturus hemiplexiâ primùm, dein apoplexiâ tactus beatam animam efflavit. d. 20. April. An. 1627. ætatis 52. Ministerii 28. Concione funebri laudatus à T. Wagnero ex Esai. 56. v. ult. Carminibus à Professoribus Tubingiacis & Pastoribus Esling.

M. Jo-

M. Johann - Erhardtus Cellius ex ἀναγρ. Rudolphi Welleri.

En! multos irradias luce.
Cunradus Cellarius, P. Nobilis.

CELLIUS occumbit simul & Facundia linguæ,
Et comis gravitas & Charis omnis abit.
Lugendum est; non omne solum tàm prona quotannis
In populi curas educat Ingenia.

Epitaphium.

Extra Templum Esslingense primarium legitur sequens:

E. D.

Ubi rosæ, ibi Spinæ.

M. JOHANNES ERHARDUS CELLIUS, Tubingensis, Celliorum stirpe celebri Oriundus. Eccles. Essling. Antistes Integrum per quindecennium Sacri Eloquii Fons, Divinâ Scaturiens Facundiâ, Et uno Verbo

Chryſoſtomus. Qui pro Concione multoties Inſequuti Statum temporis Prophetico præſagiit Spiritu, ſtans in ſtatione ſuâ. Et altero die, ſicut hoc jam fecerat, Paſſionem Dominicam itidem explanaturus Studio Sacro intentus Hemiplexia corripitur; cum Chriſto patiente patitur Ipſo Viridium die & menſe poſt extinguitur. Hic ad latus Baſilicæ condi meruit. Ibi ut expectaret Dominum, ubi toties Charismata Domini Piè celebravit. Vixit ſemiſeculum cum Biennio. Nunc vivit Seculum ſine Seculo. Sequamur! Anno MDCXXVII. De Scriptis vide Ephraimi Prætorii Bibliothecam Homileticam in Indice.

Scripta.

Buß-Spiegel / oder Sechs Predigten von geiſtlicher und leiblicher Theurung und Hungers-Noth / Tübingen / 1615. in 4.

Eh-Spiegel/ oder Hochzeit-Predigten/ Tübingen/ 1621. in 4.

Corona Anni, das ist/ Sechs Christliche Zeit- und Jahrs-Predigten/ Tübingen/ 1628. in 4.

Leichpredigt Herrn Jeremiä Möglings/ Tüb. 1613. in 4.

über Frau Catharina Dattin/ Tübingen/ 1616. in 4.

über Hr. Joh. Andream Schloßberger/ 1617. in 4.

über Frau Barbara Reglingin/ 1617. in 4.

über Hr. Johann Wehen/ 1618. in 4.

über Hr. Thomas Widmann/ 1620. in 4.

über Hr. David Buntzen/ 1619. in 4.

über Hr. Johann Leonhardt Fleinern/ *J.U.D.* und Ritterschafft-*Syndicum*, auß Ps. 118. v. 7. Tübingen/ 1624. in 4.

DANIEL HIZLERUS, Præpositus Stuttgardianus, in lucem editus est Heidenhemii, Oppido in Alpibus Sueviæ sito, 1576. d. 28. Septembr. Cujus Parentes erant Joh. Hizlerus, Procurator Heidenheimensis, & Concordia, Joh. Mörlini, Pastoris Altheimensis Filia, Martini Frechtii Theol. Lic. Privigna. Studiis consecratus ob defectum Scholæ Latinæ publicæ,

Nat. 1576. *Cl.* 1615. *Ob.* 1635.

publicæ, à Diaconis Oppidi prima Literarum rudimenta hauſit, unde 1589. Blabyram, ac triennio poſt Bebenhuſam, denique 1595. Tubingam in Stipendium promotus; exacto brevi ſpatio ſecundam Lauream primo inter 34. Competitores loco obtinuit. Theologiam feliciter aggreſſus, geminas habuit diſputationes de Perſona Chriſti & Peccato Originali; Repetentis Charactere cohoneſtatus duplici Oratione ſolenni applauſum meruit non vulgarem. Abſoluto ſtudiorum curſu Academico Diaconum Waiblingenſem 1600. Et vix bimetri elapſo, Prioratus Reichenbacenſis in Hercynia Reformatorem egit Evangelicum. Poſt aliquot annorum decurſum Freudenſtadienſis Eccleſiæ, & vertente anno Giglingenſis Superintendens factus, ſplendidiores vocationes ſubinde oblatas, inprimis Eccleſiaſtis Aulici munus, cujus vices aliquando ultra menſem obiverat, modeſtiſſimè recuſavit. Anno autem 1610. ab Ordinibus Auſtriæ Superioris ad Supremum Linzii Paſtoratum vocatus, exprecantibus illum à Sereniſſimo Principe, Joachimo à Grünthal & Tobia Lanſio, nomine Procerum Auſtriacorum, illam Spartam ægrè admodùm ſuſcepit, variis argumentis diu perſuadendus, præſagus quippe malorum, quæ ipſi poſtea evenerunt. Victum tamen precibus ingenti cum applauſu exceperunt Provinciales Evangelici, ſolutis libentiſſimè ſumtibus profectitiis, qui in ſummam mille florenorum excreverant. Contra verò Jeſuitæ illum ſtatim ab adventu varié exagitarunt, dum Conciones ab ipſo habitas per clathrum Templi ſui, Evangelico contigui audirent, calamo exciperent, falſarent & refu-

refutarent, quibus haud ſegnius ſeſe oppoſuit Hizlerus. Cum igitur hoc modo nîl proficerent Pontificii, ad alias artes confugerunt ſibi familiares; Factum enim, ut inter nuptiales ſcyphos à Cardinali Melchiore Cleſelio, venenum illi in Salutem Cæſaris propinaretur, cujus vim quidem ſumto confeſtim alexipharmaco correxit. (a) Adverſarii tamen non conquieverunt, donec Hizlerus, quem confœderationis Bohemicæ conſcium falsò apud Cæſaream Majeſtatem detulerant, juſſu ejus ab Herbersdorffio Anno 1621. d. 1. Julii conſtrictus, in carcerem maleficorum conjiceretur. Ex quo non citiùs quàm poſt triginta hebdomadum decurſum poſt multiplices Ordinum Provincialium, imò ipſius Wirtembergici Adminiſtratoris interceſſiones, nonniſi cautione per Provinciales præſtitâ & fide, de Miniſterio Linzii amplius publicè non obeundo, datâ, trecentis etiam & ſexaginta florenis in carcere conſumtis ac ſolutis Anno 1622. d. 26. Januarii dimiſſus eſt. Tandem & Urbe & Provinciâ cum omnibus Concionatoribus & Ludi-Magiſtris Evangelicis pulſus, unà cum familia in Patriam remeare neceſſum habuit. Ubi primò Kircho-Teccenſis Epiſcopia, deinde Præſulatus Bebenhuſanus una cum Inſpectione Generali, ad ultimum anno 1632. Præpoſitura Stuttgardiana illi fuit collata. Sed nec in Patria firmum licebat pedem figere, quin Anno 1634. poſt cladem Nördlingenſem cum Principe Eberhardo Argentinam in Exilium ire cogeretur, ubi & miſeriarum vitæque finem invenit. Conjugium gemina vice contraxit, primò cum Kunigunda Sebaſtiani Schöckii,

Viri

(a) *Caroli Memor. T. I. Libr. II p. 399.*

Viri Consularis Waiblingensis filia ex quâ duodecim suscepit Liberos; tribus illi tantùm superstitibus, nimirum M. Joh. Hizlero, Pastore Rommelshusano, & Barbara Filia, Henrico Blanckio, Medicinæ Doctori nupta. Secundis votis sibi sociavit Annam Hœnin, Christophori Herrmanni, Præfecti Kircheimensis Viduam sterilem. Erat de cætero Vir eruditione, prudentia, & vitæ rectitudine nulli secundus, (b) candidus & humanus, quem ipsi hostes discretum ingenuè confitebantur. Ingenii rotundi & Musicalis. Judicii autem multo rerum usu subacti. (c) Ingeniorum elegantiorum fautor & æstimator certissimus. Habitu Corporis decoro præditus, quippe cui vultus roseus, frons serena, oculi læti, os liberum & manus agiles erant. Theologico studio junxerat notitiam Mattheseos profundiorem, ita, ut Instrumenta quædam Magnetico-Mathematica inveniret; Nec minus in Poësi & Musicis excelluit, quibus adhuc Juvenis magnorum Principum Friderici & Joh. Friderici gratiam sibi conciliavit, donatus à Priore argenteô Scypho propter oblatum de Reformatione Reichenbacensi Carmen; ab Altero Imperialibus aliquot ob peritiam Musices insigniorem. Cæterùm variis & ingentibus ærumnis probè exercitatus, ut qui præter captivitatem & exilium altera vice subeundum, jacturam quoque rerum suarum circiter novem millia florenorum, passus est. Quamdiu etiam Linzii viveret, inveteratum Papistarum odium adeò expertus est, ut præ improborum hominum sputamentis, lapidumque jactibus

(b) *Juxta Epitaph. in Templo Cathedr. Stuttg. suspensum.*
(c) *Jubil. Acad. Tub. 1677. celebr. p. m.*

jactibus & tumultuaria incurſione equitum in platea, imò præ explosis bombardis in ipſo Muſæo Vitæ certus amplius verſari non potuerit. Nec minùs Jacobum Kepplerum celebrem Mathematicum in aulâ Cæſareâ ſenſit adverſarium; Cum enim ille Vir perpetuis ſcrupulis doctrinam Lutheranam de omnipræſentiâ Carnis Chriſti verbo unitæ lanci naret, nihilominnùs verò Linzii S. Cœnâ uſurus Hizlerum accederet; Hic autem ſuſpectarum ejus opinionum adhuc ex Academicis ſtudiis gnarus eum nollet admittere, Kepplerus eâ de re literas ad Illuſtre Conſiſtorium dedit, Hizlerum accuſans. Enimverò Conſiſtorium cordatè reſcripſit, hominem ut ſcrupulis & ſubtilitatibus, quas vocabat, nuncium mitteret, graviter admonens & Hizleri factum confirmans: teſt. Actis Conſiſt. cum Kepplero. Tandem poſt tot caſus & rerum diſcrimina Argentorati finem vivendi fecit, morte placidiſſima, tactu Apoplexiæ extinctus die 6. Sept. Anno 1635. ætatis 59. Defuncto juxta ſplendidè fieri curavit Sereniſſimus Dux Eberhardus; Quæ ex Academia & Civitas Argentoratenſis inſigni Pietatis officio magnificè præſtitit.

Symbolum ejus erat Polycarpi effatum: O bone Deus in quæ nos tempora reſervâſti. Parentales laudes in Academia Tubingenſi poſt 23. annorum decurſum demùm reddidit Tobias Wagnerus, qui effigiem Viri Carmine ſequenti proſecutus eſt:

Hôc ore, his oculis, octo cum luſtra teneret,
Hâc fronte Hizlerus conſpiciendus erat;
Diſpeream, ſi usquàm quicquam conſpexeris iſtô,
Suavius aut gravius candidiusque Virô.

Vid.

Vid. Memoriam Hizleri redivivi à Tobia Wagnero resuscitatam Anno 1659. 4. conf. Carol. Mem. P. 855.

Epitaphium ejus in Templo Cathedrali Stuttgardiano suspensum ita se habet:

D. C. M. S.

DANIEL HIZLERUS Heidenheimio Brentanus, Vir Pietate, Eruditione, & rerum usu nemini secundus, cum Ingenium Blabyræ, Bebenhusæ & Tubingæ inter Primos egregiè excoluisset, Ecclesiæ Christi domi quidem post Waiblingensia Tyrocinia Reichenbachii & Freudenstadtio utrobique Anno: Güglingæ cum Inspectione Vicinarum Biennio, foris verò Linzii super Anisanii Anristitis Munere novendecennio, indeque reductus Kirchemii sub-Teceiani Episcopia annos Bebenhusana Abbatia Sexennio, tandem Stuttgardiana Præpositura biennio ma-

magna fide, induſtria & labore exactis, multisque difficultatibus & Vitæ periculis cordatè ſuperatis tertium ac cum Patriâ ipſa ſua exul Trigeſimo Secundo Sacri Muneris Anno probata fide Chriſto, & calcato Mundo, vitam poſuit Argentinæ Sexagenarius, ſecutus primam Conjugem Kœnigundam Schæckiam novem Filiorum & trium Filiarum Matrem, & relicta Anna Hœnin bis viduæ, fœminis lectiſſimis, cui Filius unus & duæ filiæ ſuperſtites Patri optimè merito hoc monumentum Pietatis poſuerunt. Natus Anno 1576. die 26. Septembris.

Scripta.

ORatio de præſtantiâ Theologiæ.
Muſica Nova.
Cantiones Eccleſiaſticæ, vid. Witten. Diar. Biographicum. ad An. 1635.

JOHANNES HIPPOLYTUS BRENTIUS, Cathedralis Eccleſiæ Onoldinæ Antiſtes & Conſiſtorii Marchici Aſſeſſor patriâ erat Tubingenſis 1572. natus *Nat. 1572. Cl. 1618. Ob. 1630.*

Patrem habuit Johannem, Theol. D. & Abbatem Hirſaugienſem magni Sueviæ reformatoris J. Brentii, filium, matrem Barbaram, Hippolyti Rœſchii, Conſiſtorii Directoris, gnatam. Literas & baſin virtutum, pietatem, in Tubingenſi Scholâ & Academiâ ſub auſpiciis parentum feliciter hauſit; albo ſtudioſorum Rectore Univerſitatis Jac. Heerbrando d. 15. April. An. 1586. inſertus & exacto quinquennio d. 11. Aug. An. 1591. artium Magiſter, Erhardo Cellio Decanum agente, renunciatus cum Johanne Kepplero, celebri Mathematico & aliis. (a) Eccleſiaſticæ functioni jamjam idoneus ab initio Diaconiam Grœningenſem circa An. 1594. adminiſtravit, ex quâ An. 1597. ad Diaconiam Stuttgardianam pròmotus eſt. Inde Anno 1605. Halam Suevorum, patris Aviǫue ſui patriam, vocatus Paſtorem primarium & Decanum ibi per ſeptennium egit. Cùm verò acriori elencho in vitia nonnullorum & falſas doctrinas inveheretur, Turbæ in Halenſi Eccleſiâ datæ ſunt, quas Theologi Wirtembergici, Andreas Oſiander Cancell. Tubingenſis, Felix Bidemhachius Abbas Mulifontanus, aliiǫue juſſu Principis ſui, Johannis Friderici â Senatu Halenſi precibus exorati ſubmiſſis, Halæ conventu Anno 1612. habito compoſuerunt. Quâ occaſione Brentius oblatam à laudatiſſimo Duce, Oppidi Herrenbergenſis & Vicinarum Eccleſiarum Inſpectionem Specialem Anno 1613. poſt Chriſtophori Stæhlini Theol. D. obitum, amplexus eſt. (b) Eâǫue triennio geſtâ Onolzbacum ad Eccleſiæ Ca-

(a) *Cruſius in Annal. P. III. Libr. XII. p. m. 786. & 836.*
(b) *Vid. Conc.* vom Predigſtuhl in Freudenſt. *in Præfat.*

Cathedralis Antistitium legitimâ vocatione desideratus abiit. In thorum assumserat Burcardi Wimphelingii, Consulis Gröningensis filiam, cum quâ placidè vixit per omnem vitam sed improlis, stemmatique Brentiorum, qui ultra centum annos Ecclesiæ Dei inserviére, finem imposuit. Vir, Erhardi Cellii Prof. Tubing. præconio, (c) diligens, doctus & probus, virtutum avita patriaque sequens vestigia, qui jam tùm magnâ cum laude præclarissimum sacri Ministerii munus ante patris obitum exorsus erat. Vitam Avi, parentis & suimetipsius Concione seculari An. 1627. descripsit, quam conferre, cui ad manus est, è re fuerit. Vivis excessit circa A. 1630. Onolzbaci in Templo Cathedrali humatus, ubi & effigies ejus extare fertur.

Scripta.

Sechs Predigten bey Versammlungen etlicher Churfürsten und Ständen zu Schwäbischen Hall gehalten / Franckf. bey Jacob Fischern / An. 1611. 4.

* Vid. Draudii Biblioth. Germ. p. m.

Eine Predigt vom Predig-Stuhl zu Freudenstatt / bey dessen Einweyhung auß *Nehemiæ VIII. v. 4.* Hertzog Johann Friderichen zu Würtemberg ꝛc. *dedicirt* / Tüb. bey *Alex. Cellio 1614.* 4.

Eine Predigt von der Gnaden-Wahl zum ewigen Leben / Onoltzbach / *1617.* 4.

(c) *In Orat. Fun. de Jo. Brentio, Juniore, p. m. 34.*

Erklärung deß Passions / Onolßbach / 1617. 1618. 4.

Eine Predigt von Enthauptung Johannis auß *Matth. XIV.* Onolßbach / *1618. 4.*

Brenzische Jubel-Predigt darinn dreyer *Brentiorum* Lebens-Lauff beschrieben / Nürnberg / *1627. 4.*

Leich-Predigt über Hrn. Balthaser Mosern / Tüb. *1610. 4.*

- - Uber Fr. Anna Moserin Wittib / Franckf. *1612. 4.*

Epistola *Manuscripta de dicto: Hoc est corpus meum, &c.*

Nat. 1577. *El. 1620* *O. 1656.* JOHANNES ULRICUS PREGIZERUS, Lucam Osiandrum post 14. annorum, (quibus Cancellariatus & Præpositura Tubingensis vacaverant, domum Præpositi Jesuitis incolentibus, imò jus creandi Baccalaureos & Magistros affixo Programmate sibi competere contendentibus,) decursum secutus non contemnendam dignationem sua nativitate attulit Custerdingæ pago aliâs ignobili altero lapide á Tubinga distanti, d. 29. Mart. A. 1577. quo Liber Formul. Conc. L. F. C. fuit conscriptus Patre M. Joh. Ulricô, loci pastore, Matre verò Charitate Rhoneriâ. Literarum rudimenta posuit Tubingæ, unde Scholis Claustralibus & quidem Alpirspacensi sub Abbate Matthæo Vogelio 1593. Bebenhusanæ, sub Præsulatu Eberhardi Bidembachii Anno 1595. insitus, felicissimè adolevit, ibidemque laureâ primâ redimitus fuit. Anno 1597. ætatis 20. in Ducale Stipendium promotus, biennio post inter plurimos Secundæ Laureæ

reæ Corrivales, primus evasit; postea Theologiæ totum se mancipavit adjecto linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ & Græcanicæ Studio, quam posteriorem ita excoluit, ut, cùm Advenæ cuidam Imperii Principi, qui Stipendium Ducale, ritus & mores visurus intraverat, optio daretur, ex septem Linguis, quamcunque vellet, audiendi, & Princeps Græcam eligeret, Sparta illa Pregizero tum temporis Repetenti, demandaretur, qui Concionem öre Grajo vel maximè rotundam habuit. (a) Exin majoribus destinatus Anno 1606. ætatis 29 Tubingensi Diaconiæ; post quinquennium 1611. Decanatui & Parochiæ Calvensi, Anno autem 1617. Professioni Theologicæ & Pastoratui Oppidano, (cui vicinarum Ecclesiarum Inspectio aliquandiu conjuncta fuerat,) admotus fuit, quam stationem totos 32. annos indefessâ industria sustinuit, undecies electus Universitatis Rector, rarissimo Exemplo, semel deputatus supremus, multoties Facultatis Theologicæ Decanus. (b) Tandem 1652. ejectis tota Würtembergia Lupis Jesuitis puta & Monachis, ac Universitate lethaliter quasi sauciâ, reconvalescente, Pregizerus dignus judicatus est, qui instar Noachi Academiam non tantùm Orthodoxiæ sinceritate, sed & precum solidæque pietatis fomentis in statum feliciorem restitueret. Conthoralem habuit Tabitham, M. Jacobi Heschii, Pastoris Feuerbacensis Filiam, cum qua 34. annos amantissimè vixit, susceptis tribus Filiis & géminis Filiabus, ex quibus unus tantùm Filius Johannes Ulricus, Theologiæ

(a) *Vid. Memoria Pregizerian. p. m. 20. edit. 4.*
(b) *Ibid. pag. cit.*

Licentiatus & Moralium Professor in Academia Tubingensi factus, Patri superstes fuit. Ipse propter Senectutem & Belli calamitates secunda vota aversatus, Viduus mansit usque ad mortem. Fuit Theologus pietate, candore, mansuetudine, Patientiâ & devotione conspicuus; omnium horarum homo, supercilii nullius, expositus ad omnium usum quotidianum. (c) Pacis eò usque Studiosus, ut nonnullis justo lenior videretur. De Cœtero Philologus non prolectarius, quod vel sola Parentatio, Johanni Haubero, Concionatori Aulico, dicta testabitur; Concionator, ut ex Scriptis apparet, nervosus, industrius, ac disertus, qui Concionibus eam memoriæ diligentiam adhibuit, ut in Scripturis allegatis ne verbulum quidem ex formalibus desideraretur. (d) Ægrotorum visitator, & consolator etiam pestis tempore, quæ Anno 1 6$\frac{9}{4}$0. sæviit, nullo discrimine inter pauperes & ditiores habito, fidelissimus: quibus donis ac virtutibus prorsus eximiis defectum Polemices, si quis fuit, abundè compensavit. Neque dubium est ipsum turbulentissimo belli tricennalis tempore non tàm Academiæ, quàm universæ Patriæ precibus suis pro muro fuisse, ne funditus deleretur. Quanta insuper vitæ pericula, quos angores, calamitates quantas sustinuerit vel ex eo potest concludi, quòd aliquando gladio impii militis domi ad internecionem quæsitus, jam sub ictu versabatur? Sed Deus ipsum præstitit immunem ab impetu latronis. (e) Corporis habitu gaudebat ἐυρώστο, nec

non

(c) *Vid. Jubil II. Acad. Tub. p. 103.*
(d) *Conc. Funebr.*
(e) *Memor. Pregiz. p. 25 & Carol. Memor. T. I. p. 876.*

non serenitate vultus nihil austeritatis Saturninæ spirante, tametsi barbam aleret adeò prolixam, ut Gallici Duces Tubingensi arce sub Generali Turennio expugnatâ, in urbe versati dicerent: Voila il ya un homme, qui a plus de barbe, que tous les hommes de France (f) Mirè festivum circa barbam illam sese exhibet more Gallorum, Bailletus in Libro d' Anti T. I. p. 163. apud Serpilium, p. 55. Satur vitæ & vanitatis mundanæ quasi alter Simeon expiravit in pace, repetitâ priùs ad Librum Concordiæ Confessione Anno 1656. d. 10. Aprilis ætatis 80. Ministerii 50. Debita Exequialia præstitit D. Tobias Wagnerus, Oratione solenni & Concione quam excerptam P. Freherus;(g)illam verò integram exhibet Henninges Witten. Memor. Theol. Dec. IX. p. 1167. conf. G. Serpil. Epitaph. p. 54.55. König. Biblioth. p. 663.

Johannis Conradi Brotbequii Med. D. & Phys. Prof.

Epigramma Anagrammaticum.

Johannes Ulricus Pregizerus.

Per Anagr.

Os erigo Lutheri puri cordis canens.

De Verbo Domini toto quod pectore dixi
Hoc totis vixi Viribus ut potui.
Pro Verbo Domini per Verbum ex judice Verbo
Semper ab ore meo Verba animosa fluunt.

(f) *Ibid. p. 11. Carol. Tom. II. p. 135.*
(g) *Theatr. Ill Vir. p. 588.*

Dicite nunc: Fuit hic, quia sic os erigo, tanquam Lutherus puri cordis in ore canens.

Scripta.

AMicitiæ & Memoriæ Monumentum s. Oratio Parentatoria in obitum Joh. Hauberi Theologiæ Doctoris & Concion Aulici, Tubingæ, 1621. & 1612. 4.

Disput. de æterna salvandorum Electione, Tubingæ, 1620. 4.

de Prot. Evangel. ex Gen. 3. 15. R. Joh. Falcone, Tub. 1620 4.

Catechesis Abrahamitica ex Gen. 12. 3. & 22. 18. ibid. 1621. 4.

Fides Abrahæ ex Gen. 15. ib. 1621.

Scala & Cervicale Jacobi, ex Gen. 28, 12. & 18. Tub 1621. 4..

Stella Jacobi ex Num. 24. 17. ib. 1621. 4.

Disp. de Schilob. ex Gen. 49 8. seqq. R. Erhardo Machtolff. Tub. 1622.

de Propheta Magno ex Deut. 18. v. 15. 18. 19. Tub. 1623 4.

Antisorerus s. Disp. de Cœlibatu & Votis, Tub. An. 1623. & 1624. 4.

de Filio Davidis, ex 2. Sam 7. 11. & 1. Paral. 17. 10. seqq. ib. 1623. 4.

Fundamenta quædam in 6. Articulis à nostris Jesuitis semper opposita, Tub. 1624.

Disp. de dicto Jobi, Cap. 19. 25. Tub 1624. 4.

de Filio Dei ex Ps. 2. 7. Hb. 1624. 4.

Asser-

Assertio sanæ & orthodoxæ doctrinæ de Filio hominis gloria & honore coronato, ibid. 1625. 4.

Assertio de filio hominis, 1625. 4.

Disp. in Ps. 16. Aureum Clinodium. R. *Paulo Biberstein, Tub. 1625. 4.*

Simplex Fides Christianorum contra Atheos, Infideles & Hæreticos hujus ævi, ib. 1626. 4.

Meditatio de salvifica Christi Passione, ex Ps. 22. ibid. 1626. 4.

de Passione ex Ps. 35. Tub. 1627. 4.

Regula Fidei, Tub. 1634. 4.

Propositiones de Indurationc & corruptelis eorum, qui Misericordiam, Veritatem & Justitiam Dei impugnare non verentur, Tub. 1643. 4.

Disp. de Imagine Dei.

de Regnantium amore & timore.

de Perfectione Sacræ Scripturæ, Tub. 1650 4.

Exercitationes Biblicæ. Tub. 8. 1625.

Germanica.

Widerlegung Joh. Wollebs/ zweyer Predigten vom Abendmahl/ *Tub. 1620. 4.*

Valet-Predig zu Calw/ *ibid. 1620. 4*

Conc. in funere Agnetis, Johann Ulrici Wolffii à Todtenwarth/ U. J. D. Ratisbon. Conjugis ex Psal. 73. v. 25. 26. An. 1621. 4.

Conc. in felix novi Anni Auspicium ex Devt. 11. v. Tub. 1622. 4

Conciones 12. de Pœnitentia.

Conc. fun. in funere Joh. Frid. Volzii J. U. D. & Prof. ex Ps. 118. 17. 18 Tub. 1625. 4.

Conc. fun. Annæ Wildin/ *1625. 4.*

In fun. Joh. Georg. Besoldi U J. D. & Prof ex Ps. 34. 20. 21. Tub. 1626. 4.

In fun. Martini Rümmelini U. J. D. & Prof. ex Jerem. 3. 22. 23. Tub. 1626 4.

In fun. Sebastiani Blossii, Med. Doctoris & Prof. ex Ps. 91. 14. - 16. Tub. 1627. 4.

In fun. Magdalenæ M. J. Reinhardi Löhrii, Evangelici Pastoris in Austria Uxoris, ex Eccles. 7. 2. Tub. 1628. 4.

Hochzeit-Predigt über Melch. Sylvester Eckhardi, Tub. 1628. 4.

Leich-Predigt über Fr. Barbara D. Lucæ Osiandri, Ehefr. Tub. 1629. 4

Conc. in fun Henrici Boceri J. U. D. & Prof. ex Esaiæ 57. 1. 2 ibid. 1630. 4.

In fun. Joh. Jac. Halbritteri Junioris J. V. D. & Prof. ex 2. Cor. 5. 1. - 5. ib. 1630. 4.

In fun. Joh Falconis Theol. Candid. & Diac. Tub ex Luc. 23. 46. Tub. 1634. 4.

In fun. D. Lucæ Osiandri Junioris 2. Reg. II. v. 11. 12. 1638. 4.

In fun. Joh Harpprechtii J. U. D. & Prof. 1639.

Concio in Jeremiæ 11. 8. 1652.

Außerlesene und trostreiche Sprüche auß dem Wort GOttes/ Tübingen/ A. 1672. 8.

Zwey Predigten von dem ältisten Glauben/ Tüb. 8.

Leich-Predigt über M. Joh. Eberhard Gilg. J U. Licent Universitatis Syndici, ex Ps. 86. v. 11. Tubing. 1640. 4.

SEBA-

SEBASTIANUS HEMMINGERUS, *Nat. 1577. Cl. 1620. Ob. 1628.* SuperIntendens & Pastor Ratisbonensis, Grömingæ in Wirtembergico Ducatu, Patre Conrado Hemmingero, Consule, natus est d. 20. Januar. An. C. 1577. Cum in Scholâ Stuttgardianâ literarum primitias didicisset, in Scholas Cœnobiales, Adelbergam & Bebenhusam, indeque Tubingam, inter Stipendiarios Academicos receptus est. Ibi tantos brevi tempore profectus in studiis linguarum & Philosophiæ fecit, ut summa cum laude Philosophiæ Magister creatus fuerit. Hisce instructus instrumentis studio Theologico animum applicuit, Lectiones & Disputationes publicas sedulus frequentavit & An. C. 1599. Concionator & Præceptor in Cœnobio Blabyrensi constitutus est. An. 1603. ad Pastoratum Ecclesiæ Rotenackeranæ, & An. 1606. Altingensis promotus, tandem An. 1611. prævia vocatione legitimâ cum familiâ Ratisbonam concessit, Archi Diaconi functionem aggressus, in qua versatus est usque ad annum 1620. quo Reverendum Ministerium Pastorem Eum & SuperIntendentem Ecclesiæ Ratisbonensi, jussu & consensu Magistratus præsentavit. An. 1627. d. 4. Jul. cùm Templum novum ad S. Trinitatem solenniter fundaretur, ipse Concionem Inauguralem habuit præsente, cum plebe, toto Senatu. Nuptias celebravit Anno 1604. cum Virgine Barbarâ, Jacobi Fâbri, Pastoris Gemmeringensis relictâ filiâ, ex qua tres filios & septem filias suscepit, sed quatuor tantùm filias post obitum cum matre viduâ reliquit. Quanto cum successu ministerium suum obiverit;

verit, quàm fideliter & insigni cum ædificatione docuerit, J. Seizius testatur. Apoplexiâ tandem in Musæo sedens correptus post paucas horas inter preces ad stantium obdormivit, Ratisbonæ d. 9. Julii 1628. ætatis 51. Concionem Funebrem habuit M. Johannes Seizius, Conc. Ratisbon. quam vide (a) Laudatus etiam est Oratione brevi à Jacobo Vischero, Gymnasii Ratisbon. Rectore, Sympatriotâ, qui fata & elogia illius pluribus prosequitur. (b)

Scripta.

EIne Predigt gehalten bey Legung der ersten Steine zu deme vorhabenden Gebäude einer neuen Kirchen zu den Evangelis. Predigten/Regensp. 1627. 4.

Nat. 1578. Clar. 1620. Ob. 1659. MELCHIOR NICOLAI, Præpositus Würtembergicus, Hizleri post 15 annorum intervallum Successor I, Schorndorffæ, primaria totius Würtembergiæ post Tubingam & Stuttgardiam Urbe, vallo & mœnibus probè munitâ, natus est Anno 1578. d. 4. Decembris, Parentibus honestis, Patre Melchiore Nicolai, Ordinis Senatorii Viro, Pontificiæ Religioni, in qua Gamundæ ex honesta Clausiorum familia natus erat; olim addicto; Matre Michaelis Sattleri, Archigrammatei Schorndorffensis Filia. Pueritiæ annis tùm in Schola Patria, tùm Stuttgardianâ feliciter eluctatus in Monasterium Blabyrense cum aliis Alumnis recipitur, sed brevi admodum ob ægri-

(a) *P. Freheri Theatrum Vir. Ill. p. m. 439.*
(b) *G. Serpilii Epitaphia p. m. 66.*

ægritudinem continuam ad patrios lares remiſſus; Cùm interim provectior fieret ætate, quàm ut exorſam ſtudiorum telam pertexere poſſe videretur, opificio piſtorio deputatur. Objurgatus autem ab Amicis Pater: Ut quid Piſtorem faceret qui aliquando Doctor fieri poſſet? Mutato Conſilio Tubingam in Contubernium Filium deducit, qui tantum erga ſtudia concipit fervorem, ut vix biennio in Academia commoratus Anno 1598. inter 50. Magiſterii Candidatos primum ipſe locum ſummâ cum laude reportaret, & poſtea in Stipendium Ducale reciperetur, ubi varia diſputando, concionando, peroràndoque edidit Specimina, factus Andreæ Oſiandri, Præſulis Adelbergenſis, qui tùm Ratisbonenſi Colloquio intererat, Vicarius. Abſoluto Studio Academico Miniſterium 1601. inchoavit in Oppido Waiblingenſi, ut Diaconus; Quinquennio poſt Parochiam Stettinenſem ſub Johanne Friderico à Neuburg, Nobili, adminiſtravit. Peracto & hic integro decennio ad Paſtoratum Marpacenſem & Epiſcopiam totius Diæceſeos; Elapſoque biennio ad Profeſſionem Theologiæ Extraordinariam, nec non Stipendii Illuſtris Inſpectionem legitimè vocabatur, ſed vix tribus annis munere ſuo defunctus Abbatiam Anhuſanam acceptare debuit, plerisque admirantibus aliò Tubinga vocari, qui Tubingam è longinquo acerſiri debuiſſet, ſed & admirante ipſo Principe obſequii promtitudinem, quem obſtinatum fore ex Inimicorum ejus ſuggeſtione crediderat, cujus proinde clementiſſimo juſſu & comperto ejus ab Academico Senatu Teſtimonio ad officium rediit.

(a) Nihilominùs A 1625. denuò ad Abbatiam Laureacenſem & Senatum Ordinum Provincialium, atque Anno 1627. ad Adelbergenſem, Generalémque Eccleſiarum illius Tetrarchiæ SuperIntendentiam promovebatur. Quam ſtationem tamen A. 1629. quo vigore Imperatorii edicti omnia Monaſteria in univerſo Ducatu Clericis Papalibus reſtitui debebant relinquere coactus, in Cathedram Profeſſoriam poſtliminiò immiſſus eſt, retentâ etiam inter Status Provinciales Seſſione. Vivis exemto Luca Oſiandro & Eberhardo Duce in Regimen Ducatus reſtituto Anno 1638. Pro-Cancellarius atque An. 1650. totius Würtembergiæ Præpoſitus, Principis Conſiliarius intimus, nec non Academiæ & Scholarum Clauſtralium Viſitator conſtitutus eſt, quam ſplendidam dignitatem usque ad finem Vitæ magna cum prudentia geſſit. Conthorales ſucceſſivè poſſedit duas, primò quidem Catharinam Nuzbeckiam, Melchioris Dezii, Senatorii Ordinis in oppido Waiblingenſi Viduam, ex qua tres Filios Eccleſiæ Miniſtros habuit ſuperſtites, intérque illos unum Cognominem Abbatem Cœnobii Maulbronnenſis ordinatum, & Filiam unicam, Tobiæ Wagnero, Cancellario Tubingenſi elocatam, 30. ex iis Nepotibus & 12. Pronepotibus beatus. Secundis votis ſibi junxit Margaretham Theodori Thummii, Theologiæ Doctoris & Profeſſoris, Collegæ quondam ſui, Viduam, nullis ex ea liberis relictis. Erat Theologus vaſti Ingenii, profundæ eruditionis & vultus gravitate verendus, ſub cujus Epiſcopia Würtembergica Eccleſia cum omnibus ſuis membris feliciſſimè cepit reflo-

(a) *Vita Melch. Nicol. p. m. 17. edit. fol.*

refloreſcere. Orthodoxiæ Lutheranæ tenaciſſimus in verbis & factis ſincerus. Juſtitiæ adeò deditus, ut ad ſolum δωροφαγίας tinnitum excanduerit. (b) Liberæ præterea linguæ & animi in tanto faſtigio nullatenus elati. In ſcriptis maximè Antiforerianis videas terſam latinitatem & terminorum Scholaſticorum, niſi ubi ſumma neceſſitas & ipſe uſus conſuetudine jam validus poſcebat, admodum parcam. In controverſia Tubingenſi cum Gieſſenſibus Judicium aliquandiu ſuſpenderat, ſed poſtea tantò accuratius Controverſiam iſtam tractavit. Antagoniſtam perpetuum & quaſi juratum ex Jeſuitis expertus Laurentium Forerum, Academiæ Dillingenſis Cancellarium, quem ſolide refutavit, prout amœbæa teſtantur Scripta. Jodocum quoque Keddium ſcriptis Germanicis Evangelicos laceſſentem, retudit. Reliquis Jeſuitis, qui tempore belli tricennalis domum Præpoſiti Tubingenſis vi occupaverant, non minus intrepidè tùm è Cathedra, tùm è Suggeſtu, & quidem extemporaneo ſæpius labore, os obturavit. Factum ajunt, ut aliquando Jeſuita quempiam ex Collegis ejus citatione loci alicujus Patriſtici mancâ & infidâ conſtringere arctius anniteretur, intellectâ autem protinus fraude aſſurgentem publicè D. Nicolai, coram univerſo Auditorio Pontificium mendacii coarguiſſe & Verba Patris recitaſſe integra, volumine inſuper in quo ea extabant, ut fidem omnibus faceret, è Bibliotheca afferri juſſo, ſed Jeſuitam non expectato Libro confuſum diſceſſiſſe. Quam infenſi autem Pontificii Viro fuerint vel exinde patet, quod Anno 1636. d. 16. Aprilis Capitaneus quidem Bava-

(b) *Vita à VV agnero deſcripta p. m. 241*

Bavarus eum in domo convenit, ex prævia de processu Cananæis à Josua facto quæstione, eo gladii ictu petiit, ut caput ejus fidisset, nisi superius limen Januæ, per quam effugiendum erat, ensem excepisset, vulnere ligno, non capite evadentis illiso. (c) Anno 1643. speculum Brandenburgicum una cum ejusdem Apologia Brochmando oppositа jussu Serenissimi Ducis refutavit, nec non An. 1659. Libellum quendam Anabaptisticum; illius quippe generis Fanatici in Würtembergiam irrepere illa ætate tentarunt, sed Nicolai & reliquorum Consistorialium prudentia in tempore suppressi. Johannes Majer, Senior, Augustanus, illi cum aliis Theologis primam partem sui ædificii Biblici dedicavit. Morti vicinus Symbolum Apostolicum identidem recitare jussit, (d) suisque id ipsum apprimè commendavit, beata Analipsi potitus An. 1659. d. 13. Aug Ætatis 81. Iconem Viri Epigrammate sequenti veneratus est Gener Tobias Wagner:

Nonne Augustinum veterumve ex ordine Patrum
Quamvis effigies hæc veneranda refert?
Perlege Scripta Viri, mecúmque fateberis ipsum
Donis Theiologum vix habuisse parem.

Idem Vitam ejus Oratione memorabili enarravit. Concionem verò Exequialem habuit, M. Johannes Eberhardus Knollius, Diaconus Superior Stuttgard. ex Psalm. XXXII. v. 1. 2. quam excerpsit Freherus. (e) Integram Vitam à Wagnero editam recudi fecit,

H.

(c) *Caroli Memor. T. I. p. 876.*
(d) *Vita p. 29.*
(e) *Theatr. p. 614.*

It. Witten. Dec. X. p. 1300. seqq. Quibus adde Theophilum Spizelium Templo honoris p. 244. & Serpil. Epitaph. p. 48. & König Bibl. p. 574.

Epitaphium ejus in Templo Cathedrali Stuttgardiano hoc modo inscriptum:

Beatæ Memoriæ

COnsummati Theologi Melchioris Nicol. D. Abbat. Laureac. & Adelberg. Theolog. Professor & Procancell. Tub. Jll. Stipendii Ephori Seren. Eberhardi III. Duc. Würtemb. Consil. & Ecclesiarum Præpositi Convent. Secret. Provincial. Assessoris Evangelicæ Veritatis Ore & Calamo Defensoris constantiss. Schorndorffæ nati Anno 1578. d. 4. Dec. B. denati Anno 1659. d. 13. Aug. perpetuitate huc posita à tribus Filiis.

Verbum Domini manet in Æternum.

Melchior Nicolai.

Per Anagramma.

Hic melior Incola.

Incola nunc melior Cœli hic, bonus Incola terræ
Qui fuit, & Christo consociatus ovat.
Hujus quisquis eris vitamque fidémque sequaris,
Ætbereæ quoque sic Incola Lucis eris.

Scripta.

Consideratio Theologica quatuor Quæstionum controversarum de profundissima Κενώσει *Domini nostri* JEsu *Christi, Tubingæ, 1622. 4. & 1676. ibid. secunda vice.*

Symbolum Lutheranum ab impostoris, calumniis, mendaciis, criminibus falsi, Laurentii Foreri Jesuitæ vindicatum, Tubingæ, 1624. 4.

Jubar cœlestis Veritatis Manupretio Foreri repositum, Tub. 1642. 4.

Umbellæ Somnium Jesuitico-Forerianum oppositio cœlestis veritatis jubare discussum, Stuttg. 1652. 4.

Operæ pretium ad Manupretium Forerianum, Tubing. 1652. 4.

Compendium Didacticum & Elenchticum Aphorismis inclusum, Ulmæ, 1655. 8. Tubingæ, 1688. 8.

Reformator Germaniæ Lutherus à septem Characteribus L. Foreri vindicatus, Ibid. 1668. 4. Opus posthumum, Disp. contra Manuale Forerianum, Ibid. 1639. 4.

Disputatio de Adiaphoristicis. Pr. *Joh. Georgio Weisbardo Rotenburgensi Monacho Prædicatorum Ordinis, Tub, 1620. 4.*

Disp.

Diſp. de Corporis & Sanguinis Chriſti in Cœna præſentia Tub. 1635. 4.

Diſp. de Libero arbitrio, 1649. 4. ib. 4.

Orationes.

Oratio Funebris de Vita & Obitu Erasmi Grüningeri, Præpoſiti Stuttgardiani, Tub. 1632. 4. —

Oratio de Vita & Obitu D. Lucæ Oſiandri, Cancell. Tubingenſis, Tub. 1638. 4. —

Tractatus de Fide Juſtificante poſtbumus editore filio Joh. Melchiore, Abbate Mulifontano.

Sola fides Juſtificans ex prælectionibus in Epiſt. ad Galatas demonſtrata & ad Diſputandum propoſita, Tub. 1650. 4.

Beweiß deß Berufs Evangel. Kirchen-Diener Tüb. 1646. 8.

Gründliche Beantwortung zweyer Schrifften unter dem Nahmen *Chriſtiani Wilhelmi* gedruckt / oder deß Brandenburgiſ. Spiegels und ſeiner *Apologie*, Tüb. 1643. 4. —

Rettung Evangeliſ. Lehre und Kirchen-Diener wider ein Send-Schreiben unter dem Nahmen Herrn Eberhard Ferdinands Grafen von Wetzenhauſen / Stuttgardt / 1653. 4.

Antwort auf die *Jeſuitiſche* vermeinte *Demonſtration P. Jodoci Kedden*, als ob D. Luther keinen Göttl. Beruff gehabt hätte zu *reformiren* / Stuttgardt / 1653. 4.

Bedencken über die Neu-Jahrs-Gaabe *P. Jodoci Keddens*, Stuttg. 1653. 4.

Gründliche Abbildung deß *Jeſuitiſchen* Wirbel Geiſtes unter dem Titul der Pfingſt-Gab /

als solte ein Articul der Evangelischen den andern umstossen/Stuttgardt/ 1653.4.

Nihil non ad rem: aberwohlgegründete Vertheidigung der Beantwortung der 12. *Propositionen* deß *Jesuitischen* Glaubens-Spiegels/Stuttgardt/ A.1653.4.

Gründl. Widerlegung eines widertaufferischen Büchleins/Tüb. 1659.4.

Babylonische Verwirrung / Stuttgardt / 1655.4.

Gründliche Anzeige wie es mit dem *Religions*-Streit zwischen den Augspurgis. *Confessions*-Verwandten und *Calvinischen Reformirten* beschaffen/Stuttg. 1663.4.

Erdbidems-Predigt auß ----- Stuttg./1655.

Leich-Predigt über *Joh. Osiandrum* Abbten zu Adelberg / *ex Esaiæ LVII.* 1. 3. Tübingen/ 1626.4.

Leich-Predigt über Fr. *Barbaram Sophiam*, Hertzogin zu Würtemb. *ex Prov. X. v. 7.* Stuttg. 1659.4.

Leich-Pr. über Fr. *Annam Catharinam* Hertzog Eberhards Gemahlin auß *Jerem. XVI.* HErr du bist ꝛc. *ib.* 1655.4.

Clar. Ob. 1617. CHRISTOPHORUS BRUNNIUS, Abbas San-Georgianus & Superintendens Leobergensis, Augustini, Pastoris Jesingensis, suprâ laudati, filius, vitam inchoavit Heidenhemii, Anno --- Literas sub Informatione paternâ cum fundamento pietatis primis labris degustatas Tubingæ penitiùs eâ cum industriâ im-

imbibit, ut cursu Philosophico absoluto, assumtisque honoribus consuetis, Theologiam cum insigni applausu tractaret. Quâ de causâ Serenissimo Principi, Dn. Ludovico Friderico, (postmodum, defuncto fratre, Dn. Johanne Friderico, Duce Wirtembergico, Ducatus Anno 1629. Administratore,) Anno 1608. peregrinationem in exteras regiones suscipienti, in Comitem & Confessiónarium adjunctus & à D. J. G. Sigwarto, in Templo Tubingensi publicé ordinatus fuit. (a) Quâ occasione non Gallias solùm, sed & universam Britanniam peragravit. Anno igitur 1609. reversus Diaconiam Stuttgardianam in Ecclesiâ Cathedrali pro meritis obtinuit. Eâque per quinquennium administratâ, ad SuperIntendentis Leomontani stationem Anno 1614. promotus est, cui An. 1617. Abbatiæ San-Georgianæ designatura accessit. Conciones â se in itinere passim habitas, Principis sui jussu, in lucem edidit Principibus dedicatas. (b) Hymenæum celebravit d. 13. Junii 1609. Stuttgardiæ cum Agnete, Johannis Neuferi, Ærarii Sacri Curatoris, filiâ Virgine. Virum fuisse non perfunctoriè doctum & Oratorem facundum è Concionibus præmemoratis elucet, quas Ephraim Prætorius ex parte commemorat, (c) Abbatis dignitate vixdum ornatus ex hâc lacrymarum valle in Cœlestem patriam migravit An. 1617. d. 20. Dec.

(a) *Vid. Dedic Conc. Itinerar.*
(b) *Ibid.*
(c) *Bibl. Homilet. in Indice Autorum.*

Scripta.

XIII. Predigten auf der Reise in Franckreich gehalten/ Stuttgardt/ 1615. 4.

XXVIII. Predigten in Engelland und Schottland gehalten/ *ib.* 1617. 4.

Leich-Pr. über Fr. *Sybillæ* Hertzogin zu Würtemberg Leich-Begängnuß/ auß Jerem. Klagl. *V.* v. 15. 21. Stuttg. 1615. 4.

Valet-Predigt zu Stuttgardt gehalten/ Stuttgardt/ 1613. 4.

Nat. 1578. *Cl.* 1621. *Ob.* 1637. ERHARDUS WEINMANNUS, Ecclesiastes Aulicus, trium Wirtembergiæ Ducum Consiliarius & Consistorii Adsessor, natus Cantstadi; Anno 1578. Post absoluta in Scholis trivialibus & Claustralibus atque Academiâ Tubingensi studia, Diaconiæ Bietigheimensi suffectus 1603. & post quinquennium Oppidi Brackenheimensis Pastor à Philippo Schikhardo. Ordinatus; Anno tandem 1620. in Aulam Stuttgardianam ad supra dictam stationem accersitus est, in quâ perstitit usque ad annum 1634. quo clades Nerolingensis, Protestantium rebus funesta, Aulam Wirtembergicam Argentoratum securitatis causâ compulit. Tori sociam possedit N. N. cum quâ tres filiolas genuit. Theologus, J. U. Pregizero teste, (a) pietate, eruditione & linguarum, cumprimis Hebrææ, cognitione accuratâ præstantissimus. Amicus ejus antiquâ germanâ fide probatissimus.

(a) *Vid. Orationem Fun. Johann Haub. hab. Præfat. p. 2.*

mus. Vir, J. V. Andreæ judicio, cum paucis comparandus, quem ipſe ob eximias dotes plurimi habuit. Verùm ille, poſt quam per plures annos amiciſſimum & ſtudiorum ſocium poſſediſſet, ſimultatem, quam cum Erasmo Grüningero, Præpoſito Stuttgardiano quondam exercuerat, poſt ejus mortem, in Andream innoxium, (ut Andreæ conqueritur,) derivavit, animumque alienum atque adeò infeſtum palam oſtendit. (b) Viam omnis carnis ingreſſus eſt tempore calamitoſiſſimo, quo Pontificii univerſam Wirtembergiam ſub jugum miſerant. Hinc nulla Concio Exequialis in obitum ejus typis expreſſa reperitur. Anno 1637. d. 10. Sept. ætatis 59. Miniſterii 34.

Scripta.

Leich-Predigt über Daniel *Waidelich* Burgermeiſter zu Brackenheim und Jungfr. Dorothea / Joh. Andlers Tochter auß *Hoſ. XIII.* v. 14. Tübingen / 1609. 4.

Leich-Predigt über *Andream Sauſelin* Burgermeiſter zu Brackenheim auß *Gen. XXV.* v. 7. 8. 9. 10. Tübingen / 1618. 4.

Leichpr. über *Nicolaum* von Bubinghauſen / Herrn von *Walmerode*, *Hiob VII.* v. 1. Stuttg. 1621. 4.

Leich-Pr. über Prinzeſſen *Henricam* von Würtemberg / auß *Eſ. XXVI.* v. 20. Stuttgardt / 1623. 4.

Leichpr. über *Sebaſtianum Fabrum* Vice-Cantzlern zu Stuttg. auß *Jerem. XXXI.* v. 20. *ib.* 1625. 4.

(b) *Vita Andreæ Manuſcript.*

Leich-Predigt über Fräul. *Johanna Julia* Hertzogin zu Sachsen / *Franciſci Julii* Prinzeſſin / auß *Eſaiæ XL.* v. 6. 7. Stuttg. 1626. 4.

Leich-Pr. über *Joachim* von Drauſchwitz *lib.* 1626. 4. *ex* 1. *Chron.* 29. 9.

Leich-Predigt über Barbaram Marggräfin von Baden / auß *Mich. VII.* 18. 20. Durlach / 1627. 4.

Leichpr. über Hertzog Joh. Fridrichs von Würtemberg Tod / auß *Prov. XXVIII.* 2. Stuttg. 1628. *memorabilis admodum Concio* 13. *plagis conſtans.*

Leich-Pr. über Hertzog Friderich *Achillen* / von Würtemberg / auß *Joſ.* 23. 14. Stuttg. 1632. 4. 8. Bögen.

Leich-Predigt über Herrn Dieterich Werner von Plieningen auß *Prov. XII.* v. 1. Stuttg. 1628. 4.

Leichpr. über Friderich Albert von Helmſtätt / Obriſt-Lieutenant / *Sap. IV.* v. 16. *ibidem* 1633. 4.

Eine Predigt auß Matth. XX. 20. vom Donner und Donners-Kindern an Jacobi gehalten / 1629. 4.

Præſentations-Predigt bey der *Inveſtitur* Daniel Hizlers Probſten zu Stuttgardt / 2. *Cor. IV.* 5. Stuttg. 1632. 4.

Klag-Troſt- und Buß-Predigt über den außgebrannten Flecken Knittlingen / Stuttg. 1633.

JACOBUS REIHINGIUS, ex Jeſuita Theologiæ Doctor & Profeſſor in Academia Tubingenſi, Auguſtæ Vindelicorum d. 6. Januar. Anno 1579. Patre Jacobo, & Matre Catharina Vehleriana, ambobus Patriciæ Stirpis prognatus, ſed in tenera Juventute iisdem orbatus, in Collegio Jeſuitarum errores Papatus cum literis eâ Ingenii, donorúmque excellantia hauſit, ut ob inſignis tùm in humanioribus diſciplinis, tùm in Theologia profectus gradu Doctoris inter illos publicè ornaretur, collatâ ſimul primò in Philoſophiâ, deinde & Theologiâ in modo dictis Collegiis Profeſſione. In qua cùm variis contra Veritatem Evangelicam ſcriptis apud ſuos inclareſcere cepiſſet, idoneus à ſociennis æſtimabatur, qui Principi Palatino Neoburgico in Concionatorem Aulicum daretur, cujus univerſam ditionem brevi admodùm ad Eccleſiæ Romanæ communionem ſeduxit. Cùm autem doctrinam Lutheranorum voce & Calamo impugnaret, & præcipuè Matthiam Höe, Theologum Saxonicum, qui Reihingii Manuale Pontificium ex Verbo Dei ſolidè refutaverat, viciſſim confundere annitereţur, ſubitô Veritatis jubare, inſtar Pauli, colluſtratus, tenebras Papatûs agnovit. Miſſâ igitur omni deliberatione cum carne, Romanenſium caſtra ſibi deſerenda piè recogitans, A. 1621. in Würtembergiam utpote purioris doctrinæ tùm temporis Aſylum pervenit, ubi à Sereniſſimo Principe Joh. Friderico, clementiſſimè exceptus, illius juſſu à Præpoſito Grüningero & Conſiſtorialibus rigidè examinatus (a) & in Stipendium Ducale Tu-

Nat. 1579. *Cl.* 1622. *Ob.* 1628.

(a) *Laquei Pontif. contriti p. m. 37. edit. Lat.*

binganum ablegatus hoſpitem aliquandiu egit, tandémque d. 23. Novembr. ejusdem Anni in Auguſtiſſima Trium Würtembergiæ Ducum aliorúmque variæ Dignitatis & Conditionis hominum Panegyri, Pontificiæ Religioni ſolenni Oratione renunciavit. (b) Exploratâ autem ſatis ſuperque Viri ſinceritate & conſtantiâ in purioris doctrinæ amplexu non fucatâ d. 30. Novembr. Concionem contra Miſſam Papalem in Sacello Aulico cum inſigni applauſu habuit, & ſubſequente Anno 1622. Profeſſionem Theologiæ in Univerſitate Tubingenſi Extraordinariam cum SuperIntendentia Stipendii Ducalis obtinuit, usque ad finem vitæ. Pontificii quidem variis artibus & clandeſtinis inſidiis eum ad ſe reducere laborarunt, ſed fruſtra; unde calumniis & ſcriptis laceſſitus, quibus tamen egregiè reſpondit. (c) Nuptias celebravit. Anno 1622. d. - - - cum Maria, Antonii Felicis Welſeri Patricii Auguſtani Filia, ex qua Filium ſuperſtitem reliquit. Iſtud autem Matrimonium adeò bilem movit Jeſuitis Ingolſtadienſibus & Dilinganis, ut & ipſum & ſponſam eorúmque Amicos, maximam partem Profeſſores, Hymenæum carminibus celebrantes, edito virulento ſcripto, ſub rubrica: Valetudinarii Poëtici, ſarcaſticè admodùm traducerent; quibus Conradus Cellarius Profeſſor Tubingenſis Tonſtrinam, non minùs acrem, oppoſuit. Cæterum Reihingius retractatione ſcriptorum ſuorum, quæ adhuc Jeſuita contra Lutheranos vulgaverat, conatus equidem eſt, ea, quæ deſtruxerat,

(b) *Vid. Actum Revocat. edit. 1622. 4.*
(c) *Laquei Contriti p. 27.*

rat, restaurare, sed exiguâ spe fructus, (d) postquam semel tota Regio Neoburgica jugo papali subjecta fuit; tametsi non dubitandum sit, eum apud Lutheranos varia Revocationis fruge feracem fuisse, juxta præconium B. Raithii. Fassus de cætero: Se Neoburgi, ne quidem calentes à taberna opifices, aut ad colum fúsumque intentas quasillarias aniculas solido ictu referire potuisse. (e) Fatis placidissimè concessit ex hydrope Anno 1628. d. 5. Maji. Ætatis 59. Conc. Funebr. habuit Lucas Osiander Cancellarius ex Matth. XIII. v. 45. 46. Orationem Parent. Johann Martinus Rauscher P. P. quam recenset H. Witten. Dec. VII. p. 892. Confer. Freherus Theatr. p. 431.

Scripta.

Laquei Pontificii contriti, quibus adjuvante Domino Liberatus Liberatori suo T. O. M. libenter meritò publicas gratias in Acad. Tub. dicere voluit, Tub. 1621. 4. & Campiduni Germanicé.

Dissertatio de vera Christi Ecclesia adversus larvatum Jesuitam, Tub. An. 1622. 4.

Araneorum Operæ s. refutatio Scriptorum G. Stengelii, Simonis Scheitenreisseri & Laur. Foreri Jesuitarum, Tub. A. 1623. 4.

Liber Apologeticus pro dissertatione sua de Ecclesia Christi, Tub. 1624. 4.

Sermon von dem vermeinten päbstischen Meß-Opffer zu Stuttgardt in der Hof-Capell gehalten/ Kempten/ 1622. 4.

Retra-

(d) *Hist. Goth. p. 793.*
(e) *Jubil. II. Acad. Tub. p. 103.*
(f) *Caroli Memor. T. I. p. 528.*

Retractation oder Widerlegung seines falsch-genannten Catholischen Hand-Buchs / Tüb. 1623. 1628. 8.

Ante Conversionem.

Muri Civitatis Sanctæ, b. e. Fundamenta XII. Relig. Cathol. quibus insistens Ser. Princ. Neoburg. Wolffg. Wilh. in Civitatem Sanctam, b. e. Ecclesiam Catholicam faustum pedem intulit, Dissertationibus totidem explicata, Coloniæ, 1615. 4. Germanicè per Conradum Vetter. Ingolstadii & Coloniæ, 1615. 4.

Excubiæ Angelicæ Civitatis Sanctæ pro defensione XII. Fundamentorum Balthas. Meisnero, Præconi Lutherano & Fabricio Bassecourt, Tibicini Calv. oppositæ, Col. An. 1617. 4.

Catholisches Hand-Buch wieder das vermeinte Evangelische Hand-Buch *Doctor Matthiæ Höe*; Neuburg / 1617. 4. Nürnberg / *Anno* 1620. 4.

Manuscripta.

Commentarius in Aristotelis Meteor. à Jesuitâ Drexelio elegantissimè descriptus, cujus meminit G. Serpilius in Epitaphiis Theoll. Sueviæ, p. 151. qui pleniorem vitæ illius Descriptionem & Epistolas Ehingerianas ad eum promittit atque alia nonnulla memorabilia addit.

Nat. 1580. *Cl. 1622.* *Ob. 1636.* JOHANNES PFEILIUS, Pastor Weinspergensis, Schweickhemii in Weiblingensi districtu Anno 1580. d. 12. Julii in lucem editus, Patre Conrado, Pastore; Ma-

Matre Reginâ, Archigrammatei Winnedenſis, Martini Grieningeri, filiâ. Rudimenta literarum Winendæ poſuit ſub duro admodùm Orbilio, qui adeò inhumaniter cum ipſo egit, ut quoad auditum non nihil detrimenti caperet. Patre in pueritiâ orbatus, ſub curâ Vitrici, Jacobi Schæfferi, Chirurgi vixit, â quo, cùm promotio ſperata in Cœnobiales Scholas tardaretur, arti chirurgicæ mancipandus jamdum Bittenfeldam abituriens & cucurbitas in ſcarificatione balneo utentibus applicaturus, mandatum ê Curiâ, ut Adelbergam in Collegium Alumnorum ſe conferret, accipit An. 1594. ex quo ſuperatis induſtriâ & Ingenio octodecim Condiſcipulis, Anno 1596. menſe Nov. Maulbronnam & Anno 1596. Tubingam in Stipendium Theologicum promotus 1601. 19. Aug. Philoſophiæ Magiſter creatur; Inde 1606. Repetens declaratus altera vice publicè diſputavit. Anno 1609. Miniſterio initiatus, Diaconiam Canſtadienſem impetrat, ubi ab Auditoribus, velut Angelus Domini ſummâ cum lætitiâ exceptus eſt. Anno 1617. Winſpergam ad Paſtoratum Oppidanum legitimè vocatus usq; ad vitæ exitum ibi permanſit. Fidem conjugalem dedit primò Urſulæ, Johannis Weccerlini, Conſiliarii Stuttgardiani, gnatæ, quæ binos filios enixa; uno manente ſuperſtite, Theologiæ ſtudioſo. Ad ſecunda vota tranſivit 1626. 4. Aug. cum Johannâ Margareta, M. Johannis Jacobi Linſii, Paſtoris Widernenſis filiâ, ſterili. Vir juxta Eberh. Vogelii, Paſtoris teſtimonium, in quo Virtus cum Doctrinâ, Pietas cum Humanitate, Prudentia cum Candore, certarunt. Theologus, ut ex Clave SS. Theologiæ

giæ ab ipso editâ, luculenter apparet, apprime doctus & industrius, qui ob singularia dona diversis vocationibus, nempe Augustam, alterâ Vice, Biberacum, & ad SuperIntendentiam Comitatus Leiningensis expetitus fuit, sed singulari modestiâ se excusavit. Anno 1614. Præposito Stuttgardiano Johanni Magiro, in thermis Cantstadiensibus mortem obeunti, adstitit, cujus funus Concione memorabili prosecutus est. Pestiferam luem Cantstadii semel, & Weinspergæ bis expertus, ducentis amplius inter brachia illius ex pirantibus, nihilominus evasit incolumis. Spiritum Deo reddidit ex febre & apoplexiâ d. 2. Sept. 1636. ætatis 56. Ministerii 27. Justa Parentalia desuggestu ex I. Sam. XXV. 1. solvit M. Johannes Wernerus, Specialis Neostadiensis, edit. Heilbronnæ, 1637. 4. quam vide plur.

Scripta.

Clavis Theologiæ, Terminorum, Vocabulorum, æquivocorum &c. quæ passim in Scripturâ S. vel in Patribus & orthod. Theol. Scriptis occurrunt, Explicationem perspicuam continens, primò Johanni Friderico, Wirtembergiæ Duci; deinde Gustavo Adolpho, Sueciæ Regi, dedicata, Stuttgard. 1616. 4. Heilbr. 1636. 4.

Leich-Predigt über *Joh. Magirum*, Probsten/ auß 2. *Tim. IV.* 7. Stuttg. 1614. 4.

Leich-Predigt über Fr. Elisabetha Hrn. *Georgii* Meißners/ Kellers zu Weinsperg Ehfrau/ auß 2. *Cor. IV.* v. 8. 9. 10. Heilbronn/ 1631. 4.

Leich-

Leich-Predigt über Frau Margaretha Melchior Neuffers/Raths-Verwandten/ Ehfrau/ auß *Rom. VIII.* 15. 16. 17. Heibronn/ 1633. 4.

BERNHARDUS LUDOVICUS Lö- *Nat. 1580.*
HERUS, SS. Theologiæ Doctor, Se- *Clar. 1622.*
enissimi Würtembergiæ Ducis Johannis *Ob. 1631.*
Friderici, Concionator Aulicus & Consistorii Assessor, Senfftenfeldæ ad Sylvam Ottonis d. 25. Decembris 1580. ortus, Patre M. Daniele, ipsius loci Parocho, Matre Elisabetha Zünliniana, Syndelfingensi; Scholas frequentavit Lauffæ & Stuttgardiæ in Pœdagogio, ex quo Blabyram receptus in Collegium Alumnorum 1591. Bebenhusam, Anno 1596. & biennio post in Illustre Stipendium Tubingæ, Magisterii honores Anno 1600. & inter 24. contribules in testimonium singularis eruditionis primas obtinuit. Repetentium deinde numero adscriptus Anno 1603. & post decursum duorum Annorum in Ministerium vocatus Diaconiam primò Uracensem, porrò Anno 1608. Stuttgardianas per gradus, mox insequente Anno Pastoratum Xenodochialem cum annexâ SuperIntendentiâ reportavit. Anno 1612. d. 12. Novembris cum Christophoro Bindero, Johanne Haubero & Joh. Henrico Hiemero Theologiæ Doctoris axiomate cohonestatus, elapso deinde biennio in Aulam ad Ecclesiastis Munus à prædicto Principe accitus Spartam illam usque ad Annum 1626. constanter tenuit. Fortè autem cum Duce suo in thermis ferinis versatus, habitâ prius Serenissimi Jussu concione, Apoplexiâ tactus, memoriam eatenus amisit, ut officium amplius peragere, adhibitis licet variis medelis, ne-

nequiret ; Rude igitur honestissimo donatus est, Nuptias celebravit Anno 1605. cum Anna Maria Lustnaueriana, Tubingensi, quam cum sex Liberis superstitem reliquit. Erat Vir, ut *Parentator* ait, ἀπροσωπόληπτος, qui Legem audacter prædicaret, sed tamen decenti cum modestia & prudentia. Cæterùm insigni facundiâ & suavi admodùm pronunciatione præditus. Ad Cœlestem Aulam migravit Anno 1631. die 1. Apr. Ætatis 51. Ministerii 22. vide Concionem funebrem à Josepho Schlotterbeckio, Diacono Stuttgardiæ habitam. p. 20. seqq. De eo ad pompam Exequialem Magni Ducis Wirtembergici, in prælio ad Wimpiam fortiter occumbentis, verba taciente Bernhardus Dieterlinus, Poëta nostrâs sic cecinit:

Conticuére omnes : mediâ stans æde Löberus
Altior, ore potens, & majestate loquendi
Tecciadum linguæ moderamine suspiratus
Temperat è rostris, vocemque per ampla volutat
Templa Deo plenus turbataque pectora mulcet,
&c. (a)

Scripta.

Concio funebris in Obitum Johannis Hummelii Abbatis Murrhardensis ex Philpp. I. Stuttgardiæ, 1610. 4.

Conc. fun. in Obitum Sibyllæ Ducissæ Wirtembergicæ, ex Phil. I. 21. Stuttg. 1615. 4.

Conc. Secularis in Jubileo Reformationis ex Philippensium I. v. 3. Stuttg. 1617. 4.

Conc.

(a) *Magnuiss. p. 716.*

Conc. Nuptialis ex Syrac. Capite XXV. v. 1. & 2. Stuttg. 1623. 4.

Conc. funebris in obitum Ebertbalii, Principis Wirtemb. ex Hiobi I.

Alia in obitum Magni, Ducis Wirtenb. ex 2. Sam. XI. 25. Item alia in Eundem ex Prov. XX. 29. Stuttg. 1622. 4.

Concio funebris in Obitum Henriettæ, Principissæ Wirtembergicæ ex Matthæi XXV. v. 1. Stutigardiæ, 1622. 4.

JONAS HOECKERUS, SS. Theol. Lic. & SuperIntendens Marpacensis; patriam habuit Hornheimium, Diœceseos Waiblingensis pagum, ubi ipso Festo Adventus natus Anno 1581. Patrem Hieronymum Pastorem. Post Scholas Triviales & Claustrales Adelbergæ quidem & Maulbrunnæ frequentatas, Stipendium Ducale intravit, ubi assumtis Magisterii honoribus, ob excellentiam donorum 1598. Repetens primùm & Adjunctus Magistri Domûs factus; deinde verò 1609. Diaconiæ Tubingensi admotus, scriptis, Philosophico-Theologicis inclarescere cepit: Inde ad SuperIntendentiam Marpacensem traductus An. 1614. Licentiam summos in Theologia honores assumendi impetravit. In thaami Sociam consecutus est Margaretham, Johannis Magiri, Præpositi Stuttgardiani, Filiam, cum quâ geminam genuit prolem. Illa marito Superstes Officiali cuipiam Cæsareo nupsit, Pontificiæ Religionis homini, quem cum in Bavariam sequi per literas juberetur, manifesto mutandæ fidei periculo, morte præventa opportunæ

Nat. 1581.
Cl. 1612.
Ob. 1617.

tunè deceſſit, filiolam tamen enixa, quam Pater ad ſe traduxit; in ſuperſtitione Papæâ educatam & Buchbaumio, Pontificio Viro, elocatam, cui filium peperit, Monaſticam in Cœnobio jam profeſſum, ſed ante triginta jam annos abjecto cucullo, proſelytum factum & ob Magiri Proavi merita, ſingulari Principis clementiâ in Curiam receptum, ubi etiamnum ConſilioSecretiori eſt à libellis. Hœckerus verò, ut cum Parentatore Scripta teſtantur, erat Theologus in doctrina ſincerus, calamo induſtrius, diſputando ſolidus, in Argumentis Adverſariorum ſolvendis invictus, in redarguendo potens, in Officio gravis, in Miniſtros favore pronus, in Vita pius, humanus & candidus, in adverſitatibus patiens, in morte animoſus. Cum phthiſi aliquandiu colluctatus, mortalis eſſe deſiit. Anno 1617. d. 7. Jun. in Vigiliis Pentecoſtes. Ætatis 36. Miniſterii 9. Defuncto Concionem funebrem habuit M. Leonhardus Engelhardt / Diaconus Ejus & Collega ex Danielis XII. v. 3. E ſcriptis eminet Clavis Theol. Philoſophica, Caſpare Heuniſchio, Judice, meritò recudenda. vid. Præf. Theſaur. Theol. Diſtinctionum, edit. primæ.

Scripta.

Sylloge utiliſſimorum Articulorum inter Auguſt. Conf. Theologos & Pontificios ut & Calvinianos controverſorum, Tubingæ, 1608. 4.

Speculum Theologicum, in quo Calviniſtici Errores Barth. Keckermanni ex puris præceptis Logicis & ex Sacra Scriptura confutantur, Tubingæ, 1610. 4.

Diſp.

Disp. Anti Papistica, 1613. 4.
Clavis Theologico Philosophica, renovata, Tubingæ, 1613 in 8.
Compendium Theologiæ Corinthiacum, Ibidem 1616. in 8.
Leich-Predigt über *Philippum* Egen/ auß Pred. *Salom. Cap. I.*
Leich-Predigt über *M. Ottonem Gryphium* Rectorem auf der *Poëten*-Schul zu Regensp. ex *Ps. CXVI. 10. Tub. 1612. 4.*

Manuscripta.

Termini explicati de Justificatione.
Güldener Trost-Spiegel wieder die Traurigkeit.

PETRUS MEUDERLINUS, Collegii Augustani Ephorus, Patre Pastore, cognomine, & Matre Anna, Joh. Ruckeri Præpositi Denckendorffensis filiâ, in pago Ober-Acker, Würtembergicæ ditionis, natus A. 1582. quo Collegium Annæanum Augustæ Vindelicorum erectum confirmatumque, puerique præsente Cæsareâ Majestate primùm immissi; adeòque nativitas ejus non sine omine in annum istum incidisse putatur â Parentatore. Octennis puer 1590. in Pædagogium Stuttgardianum & Convictum D. Andreæ Osiandri, eâ ætate Concionatoris Aulici, ductus eos progressus in literis fecit, ut 1594. adeòque duodecennis in Adelbergense Cœnobium, 1597. in Maulbronnense & biennio post in Tubingense Semi-

N. 1582. Cl. 1623. Ob. 1651.

narium reciperetur, ubi ætatis 19. anno Magisterii honores & inter 25. Commilitones primas obtinuit. Repetentis charactere 1605. auctus, Martini Crusii, Græcæ Linguæ Professoris, An. 1606. defuncti, vices ex Senatus Academici jussu, aliquantisper obivit. Anno 1608. ad Diaconiam Ecclesiæ Kircho- Teccensis Superiorem promotus, ipsam quoq; Pastoris & SuperIntendentis Spartam, Johanne Schulero, viribus deficiente, vicario modo administravit, eâ quidem cum dexteritate, ut si in Patriâ mansisset, haud dubié memorati Schuleri Successor in officio factus esset. Enim verò divina providentia 1612. ad Collegii Annæi Inspectionem à Senatu Augustano desideratus, vocationem Sereniſſimi Ducis Johannis Friderici permissu clementissimo, accepit, &, quanquam 1630. cum aliis Evangelicæ Religionis Ministris à Pontificiis fuerit ejectus, anno tamen 1632. Gustavo Adolpho, Suecorum Rege, Augustam occupante, revocatus, stationem ad suprema usque fata tenuit. Maritali amore complexus est Margaretham Mauziam Civis Stuttgardiani filiam, quâ cum 13. liberos genuit. Eâ verò demortuâ 1635. sequente anno, Barbaram Laugingeriam duxit, nullâ prole fœcundam. Vir exquisitè doctus, linguarum Orientalium, Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ & Arabicæ peritissimus, qui testibus Collegii sui Administratoribus, multâ laude & elogio digna in erudiendâ Juventute Scholasticâ effecit. (a) Unde & apud exteros insigni famâ floruit, maximè apud Argentinenses, qui Virum summis extulerunt Enco-

(a) *Acta* in Sachen der Evangelischen Burgerschafft zu Augspurg/ p. 433.

Encomiis. Sic enim inter alios de illo, Johannes Schmidius, Theol. celeberrimus: Hodie, scribit, præclaram Scholæ Augustanæ operam navat Petrus Meuderlinus, quem Theologum esse eximium, Philosophum excellentem, Oratorem disertum, Poëtam ingeniosum, Orientalium linguarum cognitione clarum, simul religionis ac pietatis amantissimum, partim monumenta publica docent, partim è familiaribus colloquiis, quæ superioribus annis cum eo suavissimè sociavimus, quorum vicem nunc literarum missiones sustinent, nobis constat. vid. memor Wegelin. ap. Witten. Decad. VII. p. m. 936. Ipse verò, quâ erat modestiâ, Tobiæ Sartorii testimonialibus literis, Argentinâ 1632. d. 16. Junii illi datis, in quibus Meiderlinus non minus apprimè celebratus, subscripsit: Hoc ego nunquam ambivi, nunquam affectavi, teste Deo, & talia multa producere possem. DEO Soli gloria! Cæterùm in fide solidus & constans, quod excellenti libro sub titulo: Æterni Evangelii Luthero Catholici, comprobatum dedit. Senio confectus placidè expiravit in Domino d. 1. Junii 1651. ætatis 69. Pro rostris Ecclesiæ Supremos illi honores, Conciones ex Joh. XIV. v. 19. reddidit Joh. Henricus Faber, Sympatriota Wirtemb. Senior Augustanus & Pastor ad S. Ulricum, quam omnino vid. p. 179 seqq. p. 179.

Scripta.

Evangelium Lutherano Catholicum æternum, Beweisung / daß die Lehr von der Gerechtigkeit deß Glaubens allein durch Christum

auß Gnaden GOttes je und allezeit üblich und bekandt gewesen / Augspurg / 16:1.4.

Kleine Catechißmus / das ist / kurtze Warnung / Ermahnung und Trost • Schrifft nach Anleitung deß Heil. Catechißmi / Kempten / bey Christoph Krausen / 162:. 12.

Betrachtung deß *An.* 1623. *d.* 7. *Novembris* vom Himmel gefallenen Feuer-Zeichens / Augsp. 16.4.4.

N. 1582. *Cl.* 1623. *Ob.* 1658.

WILHELMUS HEERBRANDUS, Præpositus Denckendorffensis, Generalis SuperIntendens, Consistorii Adsessor, & Ecclesiastes Aulicus, An. 1582. d. 16. Maj. Patre Christoph. Nicro Wilensi, Matre Margr. Snepfia, natus est. Ætatis anno septimo Ulmensium Gymnasio celebri illatus, literas ibidem didicit, donec Anno 1593. Tubingam in Stipendium traductus, consueto honores Philosophicos capessendi idoneus esset. Quibus assumtis & Repetentis obtento charactere, Ministerium 1607. Uraci inchoavit, Diaconus istius Ecclesiæ ordinatus. Inde Feuerbacum, pagum unâ horulâ Stuttgardiâ distantem 1614. translatus, An. 1624. ad Diœcesem & Ecclesiam Uracensem SuperIntendentis axiomate auctus, rediit; deniq[illegible]e 16[illegible]7. ad Ecclesiastis Aulici & Adsessoris in Consilio Sanctiore Spartam vocatus, tres & viginti annos muneri præfuit. Anno 1648. sub ipsâ Concione Apoplexiâ tactus, Dei gratiâ convaluit. Ex quo 1650. Præpositi Denckendorffensis & Generalis Inspectoris dignitate ornatus, nihilominus Sereniss-

mi

mi Ducis Eberbardi III. Confeſſionarius manſit & domicilium Stuttgardiæ fixum habuit. Conjugium iniverat primò cum Cordulâ, Joh. Cunradi Eſſichii, Univerſitatis Tubingiacæ Syndici, filiâ. Deinde cum Mariâ Welſeriâ, Jacobi Reihingii, Ex-Jeſuitæ & Profeſſoris Theologi, Viduâ; ex quibus octo filios, ſexque filias & ex his 27. nepotes cum 11. pronepotibus vidit. Theologus prudens, cordatus & pius, qui poſt cladem Nördlingenſem Stuttgardiâ ſecedere noluit, paria cum Auditorum Cœtu fata experiri cupiens. Vitam depoſuit d. 12. Maji. 1658. ætatis 76. Miniſterii 51. die 16. Maji, qui natalis ipſi fuerat, terræ mandatus. Concionem Funebrem ex 2. Tim. IV. dixit Johannes Chriſtophorus Hingher, Collega & Antiſtes Eccleſiæ Cathedralis; quam vide.

Scripta.

Leich-Predigt über Hertzog Johann Friderichen zu Würtemberg auß *Eſai XL.* 6. 7. 8. Stuttg. 1628. 4. in 6. Bögen.

über den Tod *Johannis Cuſtodis* Würtembl. Leib-*Medici*, *ex Actor. III. v.* 15. Stuttg. 1628. 4.

über Hertzogin Agnes von Würtemb. *ibid.* 1630. 4.

Uber Herrn Ferdinanden *Franciſcum*, Sächſiſchen Printzen/ auß Pſ. 126. 5. 6. *ibid.* 1630. 4.

Uber Tobiam Lottern Stiffts-Predigern zu Stuttgardt/ auß Pſ. XXXI. 15. 16. *ibid.* 1631. 4.

Leich-Predigt über *Erasmum Grüninger* Probsten zu Stuttgardt/ auß *Actor. XX. 25. 26. 27.* Stuttg. 1632. 4.

N. 1583.
El. 1623.
M. 1661.

CONRADUS HOCHSTETTERUS, Specialis Superintendens & Pastor Kircho-Teccensis natalem diem habuit Gerhusæ Blabyrensis Præfecturæ pago An. 1583. Patrem Martinum, Judicii Adlessorem, Matrem Annam, ex familia Stumpiorum. Ingenio & memoriâ cùm valeret, artibus ac disciplinis imbuendus Gymnasio primùm Ulmensi, dein Pædagogio Stuttgardiano; porrò Scholæ Claustrali Blavifontanæ Anno 1600. & post quadriennium Bebenhusanæ insertus fuit. Exin Tubingam in Stipendium Ducale promotus, secundo anno Magister Philosophiæ & tertio, Præceptor Juventutis Monasticæ in Collegio Mulifontano constituitur, ubi Abbatis favorem sibi facilé conciliavit Exacto quadriennio Diaconiæ Brackenheimensi 1612. & post lustrum 1617. Stuttgardianis successivé; ulterius Pastoratui ad D. Leonhardum adhibitus, decem annis Spartam posterior nav-
rem ornavit, ex quâ 1626. Episcopiæ speciali, Kircho-Teccensis & Nürtingensis Diœceseos, præfectus, 35 annos munus gravissimum administravit. Fœdus matrimoniale pepigit primò cum Ursulâ, Michaëlis Kochii, Præfecti Blabyrensis filiâ, quæ cum ipso 22 annos suaviter vixit undecimâ prole fœcunda Secundis nuptiis sibi junxit Annam Reginam, Salomonis Kieseri, itidem Præfecti Blabyrensis, gnatam, quæ 25. annorum spatio septena prole parentem fecit, utraque verò ex 18. liberis,

27.

27. Nepotum Avum. Theologus erat, M. Joh. Jac. Grammero, Præc. Bebenhuſano Encomiaſte, (a) magni Nominis & Vir ſupra laudem; qui ſingulari Ducis Sereniſſimi Eberhardi III. gratiâ floruit, cùm rariſſimo planè Exemplo ſex filii ejus in Scholas Clauſtrales & Stipendium Ducale fuerint recepti, quorum bini, alter in juventute, in officio Eccleſiaſtico alter præmaturè extincti. E reliquis maximus natu, M. Joh. Ulricus, Paſtor Owenſis evaſit ante octennium defunctus. Alter Dominus Johannes Andreas, SS. Theol. Doctor, antehâc Profeſſor in Academiâ Tubingenſi Theologicus, hodiè Abbas Bebenhuſanus & Generalis SuperIntendens, atque Secretioris Ordinum Provincialium Senatûs Præſes. Tertius, Dominus Joh. Fridericus, Theol. Doctor, trium Wirtembergiæ Ducum Concionator Aulicus Superior & per 27 annos Confeſſionarius, Synedrii Sacri Adſeſſor & Præpoſitus Denckendorffenſis, ſimulque SuperIntendens Generalis. Quartus, Dominus Johannes Sigismundus, Præſul Anhuſani Cœnobii; qui omnes etiamnum ſuperſtites. Filiarum unica Anna Margaretha, Domino Matthiæ Kaüffelino, Marpacenſium SuperIntendenti Specialı nupta. E Nepotibus eminent, Dominus Andreas Adamus, Theol. D. & Profeſſor Tubing. celeberrimus; Dominus Matthæus Conradus, Gymnaſii Stuttgardiani Profeſſor Moralium, ejusque frater Dominus Jacobus Fridericus ex Diacono Tubingenſi SuperIntendens Luſtnavienſis, uterque Domini Præpoſiti Denckendorff., iſte verò Domini Abbatis Bebenh. filius. Ex univerſâ familia, ſi

(a) *Vid. Cone. Fun. Epiced. ſecund. p. 22.*

neptium maritos connumeres, in hunc diem plusquam viginti Ecclesiæ Dei, & Ministerio Verbi inserviunt. Cœterum & illud memorabile est, quod B. horum omnium Parens & Avus, durante suâ inspectione 75. Pastores in Ecclesias suas introductos, impositione manuum confirmaverit. Ita satur vitæ ex constipatione vesicæ & alvi, annum Ministerii jubiléum agens mortalitatem exuit, summæ Civitati addictus, Die Dominico, manè 10. Februar. 1661. ætatis 78. Ministerii 50. Pro Suggestu Virum laudavit, Joh. Wendel. Angelin, Diaconus ejus ex Hebr. XIII. v. 7. Epigramma D. Christoph. Wölflin, Præpositus Stuttg. adidit ad filios:

Candor & est pietas vestri sic nota Parentis,
Ut facilè nostrâ laude carere queat.
Natorum series, studio devota sacrato,
Patris ad Exemplum serviat usque DEo!

Cl. 1613. JACOBUS GRABIUS, (à Grab,) Abbas Lorchensis & Antistes Ecclesiæ Collegiatæ Stuttgardianus nobili prosapiâ oriundus, natalem habuit A. 1583. Post trivialis & Claustralium Scholarum prævios cursus A. 1605. d. 5. Febr. Magister renunciatus inter 34. Comilitones quartum locum obtinuit. Theologiæ deinceps studio eâ diligentiâ incubuit, ut A. 1612. Stuttgardiam ad Diaconias & mutationibus ex voto fluentibus circa annum 1618. ad superIntendentiam & Pastoratum in Xenodochio progressus fuerit. Quam stationem usque ad annum 1627. cum administrâsset, Abbas Lorchensis constitutus est. Enim verò Edicti Cæsarei

rei de restitutione Monasteriorum vigore expulsus, Josepho Oesterlino, suo in officio Successori interea defuncto, denuò successit anno 1629. Tandem post excessum Tobiæ Lotteri, D. Theologi Antistitium in Ecclesiâ Cathedrali cum annexâ Consistorialis Dignitate reportavit. Vir, J. V. Andreæ testimonio, candidi & tranquilli animi, quem commilitonem jucundissimum appellat, nec non raræ & multiplicis eruditionis Theologum. Filium genuit Jacobum, Diaconum Waiblingensem. Occupatâ anno 1634. post Nerolingense prælium totâ regione, ipsâque metropoli Stuttgardiâ, cum aliis remanserat, sed ab Hispanis militibus unâ cum Martino Hoockio, Speciali SuperInt. manibus post terga revinctis Leobergam abductus, nescio quò avectus fuisset, nisi providentia divina, operâ cujusdam Belli Ducis Cæsarei, qui Hoockio præsertim optimè volebat, utrumque liberâsset. Etsi verò ad officium hoc pacto redierit, haud diu tamen supervixit, peste extinctus an. 1637. ætatis 54. Ministerii 25.

1631. v. p. 41.

Scripta.

Leichpr. über Herrn Philipp Michael *Caulium Pædagogarchen*, auß Ps. 77. v. 11. Tübingen/ 1623. 4.

Leich-Predigt über Fr. Margaretha Bäurin. *ib.* 1624. 4.

Leich-Predigt über Hertzog Friderich *Achillem* von Würtemb. auß *Es. LIV.* 7. 8. Stuttgardt/ 1632. 4.

Leich-Predigt über Johann Kielmannen von Kielmanns Eck/Geheimen Rath/auß 2. Tim. IV. 7. 8. Stuttg. 1633. 4.

Leichpr. über Herrn *Ulricum Brollium*, J. U. D. & *Directorem Consist. ex Syr. 4. v. 33. Stuttgard.* 1633. 4.

N. 1585.
Cl. 1624.
M. 1643.

JOHANNES CUNRADUS GOEBELIUS, Senior Augustanus & Pastor ad S. Annam, natus d. 6. Januar. an. 1585. Börtlingæ, quæ Oberwäldensis Ecclesiæ, in Diœcesi Göppingensi filia, Wilhelmo Gœbelio, Hennebergensi, Venatore, & Annâ Anckelinâ, Parentibus; quos puer admodum in Montem Pelicardum secutus tenellam linguam primis literis & gallico lepore imbuit. Hinc in Patriam redux Rechberghusanum & Waschenbeurense trivium, utrumque Romanis fæcibus infectum, arduo labore diurno, (quippe per milliaris Germanici Intervallum) adire jussus, discendi ardore obduravit, dum Göppingæ an. 1597. & Stuttgardiæ 1598. liberaliori disciplinæ subjiceretur, quæ biennio Cœnobiali Gymnasio Tyronem perquàm aptum reddidit, ut Adelbergæ primum sub Abbate Osiandro, d. 11. Januar. an. 1599. feliciter immitteretur. Secutum alterum Monasterium Bebenhusanum Abbate Johanne Stechero post quinquennium, tandemque nobile illud Collegium Tubingense Theologicum, 1606. Ecclesiæ Seminarium percelebre, ubi an. 1607. d. 19. Januar. laurum secundam accepit ordine secundus. Quo temporis intervallo hanc sibi laudem paravit, ut Ingenii alacritate, judicii acrimoniâ & morum amœ-

amœnitate plerisque sodalium antecelleret, Inspectoribus verò & ductoribus suis delicio esset. Duas præterea principes linguas quà soluto, quâ ligato pede, familiares adeò sibi fecit, ut in totius vitæ ornatum & usum sufficerent, cui tertiam Sacrosanctam, Petri Meuderlini ductu, maturis annis adjecit. Anno 1607. d. 11. Octobr. primam Concionem publicè habuit Neckerhusæ, factus an. 1608. d. 29. Jun. Scholæ Adelbergensis, sub Abbate Daniele Schrötlino, Præceptor, ubi inter alios Johannem Glöcklerum, postea Pædagogiarcham Stuttgardianum, Virum doctissimum discipulum habuit. Anno 1609. d. 15. Aug. Pastor Hundsholzii, vicino Cœnobii Adelbergensis pago, & biennio elapso anno 1611. 17. Sept. Schornbachii, districtus Schorndorffensis, Minister ordinatus, insignes animi dotes per quadriennium in tantum Superioribus approbavit, ut anno 1614. d. 29. Nov. Pastoratus Stuttgardianus in D. Leonhardi æde illi fuerit collatus. Anno 1616. d. 7. Nov. ab Augustano Senatu Evangelico desideratus, Principis permissu ad Senioratum Ministerii & Pastoratum ad D. Annam abiit. Inde 1629. d. 8. Aug. cum Collegis suis in Exilium missus Stuttgardiam rediit: Vix autem eò secesserat, cum Durlacum Antistitem & Ecclesiarum Inspectorem Generalem poposcit, quod officium eâ moderatione & dexteritate gessit, ut & Princeps inclytus Fridericus mirificè virum probaret, nec ipse Erhardus Machtolfus hunc Successorem indignaretur; postquam 1630. 10. Junii ad officium prænominatus venit. Biennio ibi exacto Augustam revocatus ingenti Evangelicorum gaudio usq; ad annum 1635.

do-

docuit, quo d. 6. April. iterum exul factus in Patriam remigravit, ubi intra quadriduum ex ardore febrili ſubitò emarcuit. Maritus factus alterâ Vice; primò cum Margareta, Joſephi Friſchii, filiâ 1609. 15. Aug. quam viginti tribus annis ſociam an. 1632. magno cum luctu Auguſtæ extulit, filio cognomine, Auguſtanæ Eccleſiæ poſtmodum ad S. Annam Diacono, in ſolatium Patris ſuperſtite; ſed tamen an. 1667. d. 28. Aug. præmature denato. Deinceps, cum Anna Maria Erhardinâ, Johannis Prechleri Viduâ 1634. 30. Jan. quæ marito ſupervixit. Ex utrâque XV. liberos procreavit. Theologus, quem, ex Joh. Val. Andreæ præconio (a) beatum libertate ſuâ; felicem meritis in Eccleſiam conſpicuis; glorioſum fide ſervatâ; honoratum tot rariorum dotium memoria; poſteris ſui ordinis per cuncta ætatis & conditionis intervalla imitandum dixeris. Hominem fuiſſe quis diſſimulet, inter homines verò è paucis eminuiſſe, nè invidia quidem & ejus filia calumnia negaverit. E Nobilibus in Patriâ Ferdinandus Geizigkoflerus, Produx Wirtembergicus, Virum valdè obſervavit, & ſcripta ejus in deliciis habuit. Edidit cùm alia, tum inprimis Nobile Opus Homiliarum in Auguſtanam Confeſſionem, quo rei Theologicæ peritiam eximiam cum facundiâ conjunctam eſt teſtatus, immortale ſinceritatis fidei & accurati judicii ſymbolum. (a) Præfixa ſunt operi Variorum Theologorum Judicia & Elogia. Imprimis Auguſtanum Miniſterium in Præfatione memorat: Conciones iſtas è ſuggeſtu recitantem nonnul-

los

(a) *Vita J. C. Gœbelii p. 33. ſeq.*
(b) *Ibid p 31.*

los Monaſtici Ordinis Viros inſignes & præcipuæ Dignitatis audiviſſe & teſtimonium ei glorioſum exhibuiſſe, quod acerrimus Aug. Conf. Propugnator fuerit. (c) Extinctus eſt, ut diximus, febriculæ ardore. 1643. d. 8. Julii. Ætatis 58. Miniſterii 35. Vitam J. V. Andreæ expoſuit, Stuttgl. 1644. 12. & M. J Schübelius, duabus philyris vernaculâ ſcriptis. Johannes Majer, Senior Rev. Miniſt. Auguſt. dona Carmine expreſſit ſequente:

Voce, ſtyló facilis, gravia atque abſtruſa recluſit,
Reddidit imò ipſo lucidiora die.
Scripta Virum pingunt, Methodus, Confeſſio, fama.
Ipſe ſacri quondam Sol, jubar, aura chori.

De Scriptis Confer. H. Witten. Diarium Biogr ad Annum 1643. & Ephraim Prætorii Bibliothec. Homil.

Epitaphium exhibet J. V. Andreæ.

C. S.

JOHANNES CUNRADUS GOEBELIUS, Börtlingâ Würtembergicus Eruditionis Singularis, Linguæ diſertæ, Morumque placidiſſ-

Theo-

(c) *Serpilius Epit. Theol. Suev. l. cit.*

Theologus, Augustanæ Ecclesiæ Antistes Probatiss. Postquam Gregi Christiano diversis in locis per annos triginta quinque magnâ fide & solertiâ utiliter præfuisset, BIS Maritus, Et XV. liberorum PATER, Secundùm exul, placidè in Christo obiit. Annos natus LVIII. Mens. VI. D. II. VIII. JD. JUL. A. C. M. DC. XLIII. LÆTAM RESURRECTIONEM EXPECTANS.

Scripta.

Leich-Predigt über Fr. *Sybillæ*, Hertzogin zu Würtemberg ꝛc. seeliges Ableiben/ Stuttg. 1615. 4.

Gratulations-Predigt als Keyser *Ferdinandus II.* die Huldigung zu Augspurg empfangen/ auß *1. Sam. X. v. 24 27.* Augsp. 1619. 4.

Hochzeit-Predigt über der Verlöbnüß *M.* David Steudlins / und Jungfr. Ursula Albrechtin / auß. 1. B. Mos. *XXIV. v. 55. 61.* Ulm/ 1619 4.

Gebett in Gefährlichen Zeiten und Läufften/ Augspurg/ 1619. 8.

Christliche Wahl-Predigt / Augspurg/ 1620. in 4.

Jobs

Jobs Bottschafft / auß Hiob *I v.* 20. 22 Uber den Tod Jacob Werner Küllingers / *J. U. L.* Um / 1621. 4

Trost-Schrifft zur Gedult und Beständigkeit der Lehre deß Evangelii / Stuttgardt / 1630. 12.

Augspurgische *Adoni Beseck*, oder *Discurs de Lege Talionis*, Augspurg / 16 3. 4.

Prolegomena Augustanæ Confessionis oder XVI. Predigten von der Augspurgischen *Confession*, Augsp. 1633. 4.

Augspurgisches Glaubens-Bekanntnuß oder Christl. Predigten darinn die Augspurgische *Confession* erläutert und verthädiget wird / Francft 1654 *fol.* insgesamt in 211. Predigten (*una cum Prolegomenis, quæ aliâs seorsim edita sunt.*)

JOHANNES VALENTINUS ANDREÆ, Johannis Abbatis Regiofontani, & Mariæ Valentini Moseri, Præfecti Herrenbergensis gnatæ filius, Jacobi Andreæ, Cancellarii Tubingensis, Nepos, lucem primitus aspexit Herrenbergæ, ipsomet in Vitâ suà & Parentore in Conc. fun. testibus; non Tubingæ, ut Dn. Serpilius habet. (a) d. 17. Aug 1586. Rudimenta literarum posuit Regiofonti, quo cum Patre 1591. traductus fuerat, sub informatione privata quorundam Studiosorum. Post fata Parentis 160 . Tubingam cum matre concedens Academiæ se applicuit, laureâ primâ ornatus d. 12.

Nat. 1586. *Cl.* 1624. *O.* 1654.

(a) *Epitaph. Theol. Sueb. p.* 10.

Sept. 1603. ſecunda poſt biennium. Mechanicæ & Matheſeos ſtudiis plurimùm delectatus, nondum vicennis quinque Diſcipulorum informationi præfuit, accepto, 100. florenorum didactro cum victu. Anno 1607. externas Academias viſitavit, Argentinenſem ſcilicet Heidelbergenſem & Francofurti nobile Emporium, factus duorum Baronum Cazianorum, cùm Lauingæ, cujus celebre tùm erat Gymnaſium, verſaretur, ut & Henrici & Burckhardi Truchſeſſiorum Informator, cum quibus in Alſatiam, Helvetiam & Gallias, in reditu verò Baſileam ſe contulit. Hinc porrò cum Philippo â Gemmingen, cujus informationem & curam 1611. ſuſceperat, in Auſtriam, Carniolam Italiamque iter fecit, ex quo redux hoſpitio Stipendii Tubingenſis Ducali gratiâ exceptus Collegium Mathematicum 1613. aperuit, quod Studium juxta Theologiam & lectionem Patrum impenſè excoluerat: Unde jam tùm collectanea Mathematica in lucem edidit, atq; à B. Matthia Hafenreffero ad delineationes quasdam Opticas & Tabulam Geographicam in Templo Ezechielis conficiendam adhibitus. Miniſterio initiatus d. 24. Febr. 1614. ætat. 28. Diaconiam Vaihingenſem adminiſtravit ſex annos, duplici urbis incendio non parùm afflictus. Inde 1620. d. 25. Febr. SuperIntendens Calvenſis factus, decem annos muneri ſub variis calamitatibus præfuit, donec reſtituto Principe Eberhardo 1639. d. 14. Jan. in Concionatorem Aulicum & Conſiſtorii Aſſeſſorem, tametſi diu reluctatus, adſciſceretur, in quo officio 1641. d. 27. Sept. ſpontaneâ Univerſitatis Tubingenſis oblatione Doctor Theologiæ renunciatus

ciatus fuit. Cumque vires langueſcere inciperent Anno 1650 ad Abbatiam Bebenhuſanam à Pontificiis redditam; cui 1651. Tetrarchia acceſſit, denique 1654. ad Adelbergenſe Cœnobium iisdem dignitatibus translatus fuit. Matrimoniali vinculo ſibi Anno 1614. d. 2. Auguſti conjugavit Agnetem Eliſabetham, Joſuæ Grüningeri, Paſtoris Boppenwilenſis, filiam, ex qua novem liberos ſuſcepit, relictis, filio unico, M. Gottliebio Gottofredo, Paſtore Wangheimenſi & geminis filiabus. Enconomia Viri & merita tùm in Eccleſiam tùm in rem literariam univerſam ſi ex aſſe re cenſere velimus, equidem juſti Tractatûs materiem haberemus; Durante Miniſterio varias in graviſſimis negotiis peregrinationes publicâ Authoritate ſuſcepit, in Auſtriam ſc. 1619. Noribergam, 1620. Auguſtam Vindelicorum 1632. Argentoratum tertia Vice, cum primis Anno 1637. quâ occaſione Viris celeberrimis paſſim innotuit ab omnibus humaniter exceptus & magni æſtimatus. Erat enim Vir acutiſſimi ingenii, ſubactíque judicii teſt. (b) Carolo. Vir defecatæ mentis & fervidi Spiritus, Antonio Reiſero; (c) acer & flammeus, D. Majero, judice (d) ex variis libellis, quorum 36. etiamnum Studioſus vel compoſuerat ipſe, vel ex aliis linguis tranſtulerat, in publicum emiſſis celeberrimus; qualia ſunt Subſidia ſacræ & literariæ rei, Epiſtolæ, Seleniana Auguſtalia, inſcriptæ, & Menippus, ſive Satyricorum Dialogorum centuria, inanitatum noſtrarum Speculum;

(b) *In. Memor. T. II. lib. VI p. m. 89.*
(c) *Apolog Epiſt. p. 111.*
(d) *In Orat. Fun. Caroli XI Reg. Suec, p. 12.*

culum; quæ ut reliqua omnia ſingulari ſtyli elegantiâ & varia doctrinà præ multorum operibus eminent. Præter linguas cardinales, etiam Gallicam, Italicam & Hiſpanicam tenuit. Sed nec minori pietate & Zelo pro verâ Chriſtianismi praxi excelluit. Reſtaurator quippe ordinationis Eccleſiaſticæ & ſanctioris diſciplinæ indefeſſus. Reformationis Eccleſiæ Lutheranæ, quantum ad mores, ſummè cupidus. Unde præ aliis omnibus à D. Spenero, tanto operi judicatus idoneus, quem etiam â mortuis revocare voluiſſet. (e) Anno 1646. d. 6. Novi ſatagente Auguſto, Principe Brunſuicenſi, in ordinem fructiferæ ſocietatis adlectus, nomen accepit Fracidi, deß Mürben / ſenio & rudi ejus conveniens, cum emblemate Muſci effætæ arbori adhærentis, & Symbolo: Etiamnum viret. Reliquæ virtutes in eo tantæ fuerunt, ut magnorum Principum gratiâ per omnem vitam floruerit, & à Sereniſſimo Brunſuicenſium & Lunæburgenſium Principe, Auguſto Anno 1642. in Conſiliarium Eccleſiaſticum electus ultra 900. epiſtolas propriâ illius manu exaratas 12. annorum ſpatio acceperit, ne quid de ingentibus Ducalis ejus clementiæ benefactis commemoremus. Neque minùs ab aliis viris tùm eruditionis famâ tùm generis nobilitate inclytis magno in pretio habitus, atque à plurimis Artium Mechanicarum Cultoribus frequenter ſalutatus, ita ut vix unquam hoſpites deeſſent. Quòd verò Fraternitatis Roſeæ Crucis Autor fuerit, uti Godofredus Arnol-

(d) *Vid.* G. Neumarcks neu-ſproſſenden Palm-Baum oder *Hiſtorie* der fruchtbringenden Geſellſchafft/ *p. m.* 286.

(e) *Vid. Hiſtor. Pietiſmi p. m.* 31. *edit. Germ.*

noldus qui eum quidem præ omnibus aliis Wirtembergiæ Theologis paſſim dilaudat, affirmare ſuſtinuit, (f) veritati non reſpondet; id quod nuperrimè ſolidè demonſtratum dedit Salomon Cypriani (g) & poſt ipſum A. Carolus junior (h) ut mirum ſit, quod B. G. Struvius (i) figmento fidem præbeat, quanquam Collegii illius conſcium fuiſſe non temerè negaverim. Fuiſſe autem fratres illos Roſeæ Crucis ſub fiƈto nomine, revera heterodoxis quibusdam principiis præſertim, opinione Chiliaſtici regni imbutos, certiſſimum eſt, quos cùm J. V. Andreæ propter Matheſeos & Mechanices culturam toleraret, imò per literas vel etiam domi amicè ab iis compellaretur, in ſuſpicionem colluſionis cum Fanaticis à malevolis & rerum imperitis adductus fuit. Sed & à præceptoribus Collegii Bebenhuſani, Rothio imprimis Calixtinismi coram Illuſtri Conſiſtorio accuſatus fuit; quod tamen accuſatorẽ citatum graviter corripuit (k) Nec enim is Calixti hypotheſibus favit unquam, ſed diſſenſum ſuum in literis ad Seren. Duc Auguſtum cordatè teſtatus eſt. (l) Cæterum & invidiam atque obtrectationes multorum libero ſcribendi genere incurrit, quos inter Caſpar Bacherus, Profeſſor Academicus, Anti-Menippum edere non dubitavit. Sunt tamen, qui Miniſtros Eccleſiæ nimium traduxiſſe deque Satyris ſuis juvenilibus in ſenio eum pœnituiſſe affirment. vid. Prüfung deß

(f) Hiſtor Hæret. Tom. II. Libr. XVII cap. 18 §. 3.
(g) Vid. Serpil. Epitaph. Suev. p. m. 13.
(h) In der Würtembergiſ. Unſchuld. Lib. III. Cap. IX p. m. 431.
(i) *Introd. in Rem. Liter c. 9. § 29 p. 466.*
(k) *Vita ejus Manuſcripta.* (l) Serpilius l. c.

Geiſtes Eliæ Prætorii, p. m. 569. 954. Nec certè reliquis humanæ vitæ miſeriis caruit Andreæ, quippe qui patriæ ruinam ſpectaverat, militum ſævitiam in proprio corpore expertus, quorum unus ſclopeto in latus viri adacto coſtam illi fregit. Incendium non Vaihingæ ſolùm bis, ſed & Calvæ tertiâ vice perpeſſus ultimo in loco varia & memorabilia documenta Manuſcripta amiſit. Quatuor annorum puerum fortè in horreo cujusdam Civis fœno, quod inferebatur, injectum & obdormiſcentem plauſtrum cum quadrigis pertranſivit, Deique unius potentia incolumem ſervavit. Id quod alio quoque tempore factum, cum currum conſcendere vellet immiſſis rotæ pedibus, quæ procedentibus equis ſubitò circumacta, crura torumque corpus ejus fregiſſet, niſi interjectu ingentis lapidis fuiſſet retardata, cujus tamen periculi veſtig um per omnem vitam hæſit. Cum infirmiore valetudine à teneris conflictatus, ſatur omnium rerum beatâ analyſi potitus eſt Stuttgardiæ, quò Principis indultu familiam traduxerat. d. 27. Jun. 1654. ætatis 68. Miniſterii 41. Symbolum ejus erat: In te Domine, ſperavi, non confundar in æternum. ex Pſ. 71. 1. ex quo ſuprema verba dixit Chriſtophorus Zellerus, Eccleſiaſtes Aulicus. Effigiei æri inciſæ ipſe Diſtichon appoſuit;

Magnificat canto relegens benefacta Jehovæ,
Aſt vitam relegens: O miſerere mei!

Vitam propriâ manu deſcriptam reliquit, typis non indignam, ex quâ plurima decerpſimus.

Epita-

Epitaphium alius adornavit hoc Carmine:

Cui Sol semper erat Jesus, qui claruit Uno
Nunc phœbo fulget clarior ille magis,
Andreæ Nepos ille nitens virtutibus astrum,
Qui patre major, Avo persimilisque fuit,

Meminit ejus, sed paucissimis, G. Matth. König. in Bibliothec. p. 38. ubi tamen Anno 1628. de mortuum falso scribit. Scripta recenset Hendreich in Pandectis Brandeburgicis. p. 177. conf. G. Serpilium loc. cit. qui diversa memorabilia.

Scripta.

COsmoxeni Genitura 1612. Mompelg. & 1619. Argentr. 12.
Summa doctrinæ Christianæ, Tub. 1614. & Lunæb. Anno 1614.
Hercules Christianus, Argent. 1615. 12.
Christianismus genuinus, Argent. 1615. 12.
Turbo Comœdia, Argent. 1616. 12.

Thecagladii Spiritus, (est opus Tobiæ Hessi.) Tubing. 1616. 12.

Menippus prior & posterior. Argent. 1617. 18. Berolini, 1673.

Invitatio ad fraternitatem Christi, prior Argent. 1617. posterior 1618.

Peregrini in patriâ errores, Utopiæ 1618. 12.

Mythologiæ Christianæ, sive virtutum & vitiorum vitæ humanæ imaginum libri tres. Argent. 1619. 2.

Turris Babel, sive Judiciorum de fraternitate Rosaceæ Crucis Chaos. Argent. 1619. 12.

Reipublicæ Christiano-politanæ descriptio, Arg 1619. in 12.

Memorialia. Incendium Vaihingense prius & posterius, Arg. 1619. 12.

Curiositatis pernicies Stuttg. 1619. & Argent. An. 1670. 12.

Civis Christianus, 1619.

Christianæ societatis Idea. Tub. 1620. 12.

Christiani amoris dextera porrecta, Tub. 1620.

Fama Andreana resloresc ens. Argent. 1630. 12.

Threni Calvenses, quibus Urbis Calvæ bustum, sors præsens lamentabilis & innocentia expressa, Arg. An. 1635. 12.

Actus Doctoreus Theologicus, Tub. 1642.

Subsidia Sacræ & Literariæ rei, Tub. 1642.

Veri Christiani libertas. Bona causæ fiducia. Theologiæ encomium. Argent 1648. 12

Theophilus, sive Dialogi III. Stuttg. 1649. 8.

Augustus. Principis exemplum, Stuttg 1646.

Similia & typi ex Joh. Arndio Lunæb. 1643.

Vita Joh. Conradi Gœbelii Pastoris ad S. Annam & Senioris

Senioris Ministerii Augustani, Stuttgardiæ & Norimbergæ, 1644. 12.

Umbra Sauberti delineata, Stuttgardiæ, 1647. 4. Lüneburg/ 1647. 12.

Selenian Augustalia, Ulmæ, 1649. 1654. 12.

Vita ipsius Manuscripta ab ipsomet exarata typis dignissima.

Germanica.

Geistliche Gemählde/ Tübing. 1612.

Geistliche Kurtzweil.

Christen-Bürger Schlacht.

Triumph deß Glaubens.

Geißlung Christi.

Evangelische Kinder-Lehr.

Christ Kindlein.

Peregrinatio Ecclesiæ.

Ecclesia militans.

Cynosura Ecclesiastica.

Würtembergis. Kirchen-Ordnung/ Stuttg. 1639/ 49/ 58/ 87/ 8.

Kurtze Kirchen-*Historie* auß *L. Osiandri Centurien* gezogen und fortgeführt / biß auf 1618. Straßb. 1630. 12.

Augspurgis. *Confession.*

Andreisch- und Grünningerisch-Geschlecht-Buch/ Stuttg. 1644. 32.

Freye Feder vom Ubelstand der Kirchen Gotts/ Franckf. 1672. 12. *Opus posthumum.*

Leichpredigt über Paulum Küchler/ Abbten zu Hirsau / auß *1. Sam. XXV. v. 1.* Tübingen/ 1627. 4.

N. 1586.
El. 1625.
Ob. 1630.

THEODORUS THUMMIUS, Theologiæ Doctor & Professor in Academia Tubingensi celeberrimus, meus Conterraneus, natus quippe in pago Hausen, Diœceseos Brackenheimensis, Anno 1586. d. 8. Novembr. Patre Loci Pastore, M. Gottofredo, Matre Anna, Leonhardi Polthii, Senatoris Eslingensis, Filia. Post consumtum in Pædagogiis tum Eslingensi, tùm Stuttgardiano quinquennium Tubingam ulteriorum profectuum causâ missus, propriisque sumtibus annuo spatio sustentatus, tandem ætatis anno decimo quinto absoluto, qui fuit 1601, eò, quod in illo egregia summi Ingenii spes effulgeret, in numerum Alumnorum Collegii Bebenhusani receptus fuit; ubi post exactum biennium primâ Laureâ, atque post ingressum Stipendii Theologici An. 1603. d. 26. Febr. secundâ insignitus est. Sunt, qui ex vulgari quâdam traditione ultimum fuisse inter Competitores existiment, sed contrarium affirmat Parentator, primum illi scilicet inter 22. Candidatos locum in solidæ & absolutæ Eruditionis testimonium publicum, fuisse assignatum. Absoluto igitur cursu Philosophico animum porrò ad Theologiæ studium appulit, ita tamen, ut Philosophicis haud quaquam valediceret, sed ut in iis & se & alios exercitatos redderet, variarum velitationum palæstram instituit. Quamvis autem & ingenium & indefessa industria & pietas & eruditio Thummium bonis omnibus commendassent egregiè, malus tamen genius ipsius egregiis conatibus & divinæ de ipso factæ constitutioni haud semel se opponere, sed

clam

clam admodum attentavit, hoc agendo, ut ad inferiora subtellia detrusus pulveri Scholastico addiceretur, ne fortè ad altiores gradus emergere posset unquam. Semel enim atque iterum ad Collaboratoris in Scholâs quos Provisores vocant, stationem accitus á Theologiæ studio revocatus fuisset, nî viri optimi quidam illud impediviſſent. Cum enim aliquando ad Consistorium Ecclesiasticum Illustre hoc ipso nomine esset ablegatus & Consistoriales privato examine eum explorâssent, in ipsoque haud vulgaris, sed solidæ eruditionis signa evidentissimæ deprehendissent, longè aliud & majus de ipso, quam qui ipsi adversabantur, tulerunt judicium. Accessit votum Literatissimi quondam Viri, M. Philippi Michaëlis Caulii, qui pro Officio Pædagogarchæ Stuttgardiani Scholis præficiendos examine tentare solitus, de Thummio Laconismo in relatione ad Senatum Ecclesiasticum usus: Thummius gibt keinen Provisorem, sondern einen Professorem. Prævidens nempe ex donis in eo deprehensis, quæ de ipso utiliter aliquando essent eventura. (a) Unde non saltem à Scholastico pulvere liberatus, verùm etiam Anno 1608. ætatis 22 ad Diaconiam Stuttgardianam legitimè vocatus fuit Quâ grassante diu pestifera Lue, præsentissimo vitæ discrimine & innumeris laboribus per sexennium administratâ, Anno 1614. Superintendentis Spartam Kircho-Tecciæ primum & mox eodem Anno adhuc currente, Stuttgardiæ in Nosocomio reportavit. Defuncto autem Andreâ Osiandro, Cancellario Tubin-

(a) *Luc. Osiander in Or. Fun. ap. VVitten. Dec. VII. p. 968. seqq.*

bingensi, ex mandato Sereniſſimi Ducis, Johannis Friderici, conſentientibus Profeſſorum ſuffragiis, (invitus licet atque per ætatem, erat enim vix dum 31. annos natus, onerisque gravitatem ſe excuſans,) Tubingam ad Profeſſionem Theologiæ, nec non Paſtoratum Oppidanum & Senatum Academicum adlectus, Gradum Doctoris A. 1618. d. 25 Febr. ſolenniter recepit. Biennio poſt etiam Inſpectio Ducalis Stipendii ei demandata, in quo munere humaniſſimum æquè ac fideliſſimum ſeſe erga omnes præſtitit. Cæterum Rectoratum tertia vice, Decanatum Facultatis Theologicæ pluries, annis Profeſſionis ſuæ duodecim geſſit. Conjugem duxit Margaretham, Georgii Griebii, Civis Stuttgardiani Filiam, cum qua 21. annorum ſpatio undecimam prolẽ genuit. Videbatur hoc modo fatorum iniquitatem, ſuorumq; invidiam feliciter ſuperâſſe, veruntamen inimicitiæ & perſecutiones præter omnium opinionem illi excitatæ, virũ ad extremum penitus oppreſſerunt. Vix enim Stationẽ Academicam ſubiverat, cum funeſta illa Tubingenſes inter atque Gieſſenſes Controverſia ultrò citroque agitari inciperet, in quâ cum Balthaſare Menzero & Juſto Feuerbornio, Theologis Gieſſenſibus acrius quàm par erat, congredi eum oportuit. Neque tamen ideò bella Domini contra varios hæreticos, Photinianos, Calvinianos, Flaccianos, Anabaptiſtas, Schwenckfeldianos, Enthuſiaſtas, Weigelianos, aliosque Fanaticos maſculè decertare ſuperſedit; ſed contra omnes editis ſcriptis nervoſiſſimis ſtrenuum ſeſe Athletam oſtendit; maximè verò contra Pontificios. Ex quibus Jeſuitæ capitali odio adverſus Thummium & Georg. Zeæmannum inflammati, carcerem

utrique

utrique & vitæ periculum creârunt. Thummius sanè Romam deferri ex consilio Lojolitarum debuisset, verùm instantissimis precibus & supplicationibus ad Imperatorem Ferdinandum istâ quidem liberatus viâ, sed tamen custodiæ traditus fuit in arce Tubingensi. Cujus rei præcipuam occasionem dederat Libellus Germanicus à B. Thummio editus, sub rubrica: Christlicher wohlgegründeter Bericht auf die Frag: Ob ein Evangelischer Christ auf Begehren und nöthigen Weltlicher Obrigkeit / mit gutem Gewissen zur Päbstischen Religion sich begeben könne. ꝛc. In quo Author inter alia scripserat: Contra sextum Præceptum inducit Papa incestum: Sanctissimus enim Pater incestuosas quandoque nuptias approbavit, sesèque hujusmodi commixtionibus ipse contaminavit. Papa Paschalis Boleslao Polono, Kiovienſium Principi incestas cum Filiâ nuptias permisit; Papæ approbatione ac dispensatione Philippus, Rex Hispaniæ, in Uxorem duxit Sororis Filiam, sicut & Carolus, Austriæ Archi-Dux, Sororis Filiam, matrimonio sibi junxit. Jesuitæ igitur, cumprimis L. Forerus, rem ad Imperatorem odiosè detulerunt, nexâ hunc in modum sequelâ: Ferdinandum II. Cæsarem, Regem Hispaniarum, & Archi-Ducem Leopoldum cum omni consanguinitate Austriaca esse secundum Thummium, ex infando & lege divina prohibito Incestu progenitos. Seditiosa hinc deduci posse corollaria; nec mirum, si lectis hisce rebellârint Rustici in Austria. Exacerbatus itaque Imperator misso Legato Thummium à Duce Wirtembergiæ Johanne Friderico, sibi tradi postulabat, quare illum

lum

lum cuſtodiæ mandare Princeps neceſſum habuit.(b) in quâ tædio miſeriæ confectus biennio poſt humanis valedixit. Theologus ex J. B. Carpzovii Encomio, (c) de Eccleſia Chriſti optimè meritus, cujus in docendo dexteritatem & perſpicuitatem meritò gratâ mente non pauci è Saxonibus agnoverint. (c) Vir infinitæ Lectionis, prout Scripta docent, in quibus ſæpè unum in locum congeſta reperiuntur, quæ longo tempore ab alio vix potuiſſent ex variis conquiri Authoribus; (d) Unde addiſputationes ejus publicè ipſo vivo non tantùm, ſed & poſthumè à J.A. Oſiandro habitas Studioſi undiquaque Tubingam confluxerunt. Diſputator erat adeò felix, ut aliquando inſolentiori cuidam Opponenti, de plauſibilitate Argumenti ſui nonnihil glorianti ad argumentum prolatum octodecim modis in continenti cum Auditorum admiratione reſponderit. (e) Sed nec in Suggeſtu vel ambone Eccleſiaſtico minor, habitis egregiis concionibus Zelo divino pleniſſimis. Commiſerationis quoque in afflictos erat plenus. Tenacitatem exoſus; In exules largus; Pauperes Studioſos non rarò aliquot ſeptimanas in Contubernio Academiæ ſuis propriis ſumtibus ſuſtentans. (f) Sub finem vitæ ſumta coram Collegis aliisque Cœnâ Dominicâ & facta ſolenni de immotâ conſtantia in

(b) *Arnold. Hiſtor. Eccleſ. P. II. p. 445. ex A. Caroli Tom. I p 740.*

(c) *Iſagog. in libr. Symbol. in quæſtione de libro Vitæ p. m. xxx.*

(d) *Laud. Fun. loc. cit.*

(e) *Caroli l. cit.*

(f) *Conc. & Oratio tunebris plur.*

in fide Evangelico-Augustana contestatione ex hydrope aliisque symptomatibus expiravit in Domino Anno 1630. d. 22. Octobr. ætatis, 44. Ministerii 22. Justa illi Parentalia persolvit D. Lucas Osiander, Collega & Cancellarius Tubingensis habita Concione ex 2. Tim. 4. v. 18. & Oratione Funebri. Epitaphium adornavit M. Fridericus Heermann Flayder, Græcæ Linguæ & Poëseos Professor. Orationem Parentalem Memoriis suis inseruit Clarissimus H. Witten Dec. VII. p cit. addito elencho scriptorum, qui sequitur. conf. Königii Biblioth. p. 806. Georgius Serpilius ingentem ipsius laboriositatem non immerito miratur, illumque inter eos, qui ex eruditis studiorum intemperie mortem sibi accelerârunt, recensendum judicat. (g) Sanè personatus Massonius, Calvinianus, eum appellavit Senem, einen fürnehmen alten Mann / haud dubiè ex laborum multitudine Thummii ætatem provectam arbitratus. (h) E scriptis plurimi æstimantur Impietas Photiniana & Wigeliana, ad quam postremam D. Spenerus, Wigelianismi suspicionem amoliri satagens, provocavit. in der Gottes-Gelehrtheit / p. 339. seq.

Epigramma J. H. Flayderi. P. P. in Th. Thummii Sepulcrum.

Doctrinâ superantem homines & divitè Linguâ
Hic tumulus servat lampada THUMMIADEN.

Qui

(g) *Epitaph. Theol Sueb p. 62.*
(h) *Massonii Anatom. P. II. p. 273.*

Qui lac è ſacris ſuxit mirabile chartis
Omnigenam inſpergens auribus Ambroſiam.
Hujus enim è labiis ferventibus entheus imber,
Fluxit ut hibernæ flumina plena nivis.
Hinc quoque Fama Viri viget omnium in ore Virorum,
Hinc & nunc animæ fulgura cuncta manent.
Corporis & tumulus, tumulus non eſt magis: ille
Sed divi poſt hàc ARA ſit Eloquii.

Scripta.

PEregrinatio & Vitæ Curſus Jacobi Heilbrunneri, SS. Theol. Doct. Duc. Wirtt. Conſiliarii, Superintendentis Generalis & Abbatis Bebenhuſani Oratione enarratus, Tub. 1619. 4.

Μισανδρωπία Calviniſtica, h. e horrendorum & blaſphemorum errorum, quos Calviniſtæ in Articulo de Prædeſtinatione fovent, brevis & methodica narratio, Francofurti, Anno 1620. 4.

Diſputatio Inauguralis de Jeſu Chriſto θεανθρώπω. Ib. 1618. 4.

De normâ Controverſiarum, Ib. 1618. 4.

De Baptismo, Ib. 1619. 4.

Tractatus Theologicus de bello tàm offenſivo, quàm defenſivo, Francof. 1621. 4 & Tub. 1668. 4.

Aſſertio ſanæ & orthodoxæ doctrinæ de Exinanitione Chriſti θεανθρώπου. Ibid 162 . 4.

Synopſis doctrinæ de æterna Salvandorum Prædeſtinatione, Tubingæ, Anno 1621. 4. cum Supplem. Domini D. Pfaffi, 1700. 8.

Ἐξήγησις dicti Paulini 1. Tim. III. v. 18. de Incarnatione, Ib. 1620. 4.

De

De legitimâ Vocatione Ministrorum Ecclesiæ, Ib. An. 1620. 4.

Scultetus Iconoclastes, h. e. demonstratio, in qua contra Abrahamum Scultetum, imaginum factura earumque usus in Templis historicus ex verbo Dei & pia Antiquitate tractatur, Tub. 1621. 4.

Vera realis, & substantialis carnis & sanguinis Christi θεανθρώπου in Sacra Cœna præsentia, Tubing. An. 1621.

Πολυτροπία Calviniana, h. e solida demonstratio: Verba Institutionis Cœnæ Dominicæ in Sensu Literali sine ullo Tropo, intelligenda & interpretanda esse, Calvinianorum fictis Tropis atque confictis Metonymiis opposita, Tubingæ, Anno 1621. 4.

Tractatus de Bonis Ecclesiæ novem quæstionibus absolutus, Tubingæ, 1621. 4.

Θεονυμία Sacra, seu de Nomine, Dei, Filio Dei attributo, Ib 1622. 4.

Querela & Medela de Fame, 1622. 4.

Brevis Consideratio trium quæstionum 1. de Efficacia Verbi 2 de Concursu Verbi cum operatione Spiritus Sancti, 3. de tribus partibus hominis essentialibus, 1622. 4.

Απόδειξις Theologica Deum Essentia unum personis Trinum esse contra Photinianos, Tubingæ, Anno 1622. 4.

Panurgia Satanæ, Gen. III. h. e. Vani & profani illius Calvinianorum dogmatis semel Electos regeneratos &c. gratiam fidem & Spiritum Sanctum non posse verè totaliter & finaliter excutere, Tub. Anno 1621. 4.

Majestas Jesu Christi distinctis disputationibus à corruptelis Photinianorum, Calvinianorum, & Jesuitarum præcipuis vindicata, Tub. 1621. 4.

Impietas Photiniana, h. e. necessaria admonitio de LXIX. Erroribus Neo-Arianorum, Francofurti, Anno 1623. & Tubingæ, 1627. 4.

Tractatus Theolog. de Sagarum Impietate, nocendi Imbecillitate & pœnæ gravitate, Tubingæ, 1622. & 1667. 4.

Discursus de Reformatione B. Martini Lutheri, in quo contra Pontificios ostenditur eam non ausu privato, temerario & inordinato, sed instinctu & jure divino susceptam fuisse, Francof 1620. 4.

Controversia de Traduce, sive Ortu Animæ Rationalis, Tub. 1622. 4.

Tractatus de Usura licita & illicita, Tub. 1622. 4.

Tractatus de Hæreticis non occidendis, sed coërcendis, Tub. 1622. 4.

Explicatio Terminorum & distinctionum in Articulo de Justificatione, Tub. 1620. Continuatio, ibid. 1623. in 4.

Impietas Wigeliana, Tubingæ, 1622. & 1650. 4.

Tractatio Historico-Theologica de Festis Judæorum & Christianorum, Tub. 1624. 4.

Apocalypticus Character Anti-Christi, contra Caspa-rum Lechnerum Jesuitam, Tub 1624. 4.

Idololatria Lechneriana, i. e. Responsio ad partem priorem Thummianæ Iconomachiæ per Casp. Lechnerum refutatæ, Ibid. 1624. 4.

Disquisitio de Jubilæo Anti-Christiano & Indulgentiis, Tub. 1625. 4.

Repe-

Repetitio ſanæ doctrinæ de Majeſtate Chriſti, Tubingæ, 1624. 4.

Tractatus de Verbo Dei ſcripto & non ſcripto contra Pontificios, Tub. 1623. 4.

Ἀπόδειξις Theolog. continuata confutationem exhibens Argumentorum, quibus Sacrificium Miſſale falſò ſtabiliri ſolet, Tub. 1622. 4.

Tractatus de Juramentis & Jeſuitarum Æquivocationibus, Tub. 1625. 4.

Ignis Purgatorii Pontificii fatuus, Tub. 1625. 4.

Apologia contra injuſtas criminationes Laurentii Foreri & Caſp. Lechneri de crimine læſæ Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, Tubingæ, 1626. 4.

Juſta & neceſſaria defenſio II. de Papa Anti-Chriſto contra Lechnerum, Tub. 1627. 4.

Quæſtio controv. an libri Biblici divinam & Canonicam Authoritatem non tantùm inter ſe, ſed & relatè ad nos ab Authore Spiritu S. an verò ab Eccleſiæ habeant teſtificatione, Francof. 1623. 4.

Diſquiſitio Theologica de Verbi divini efficacia, Tub. 1627. 4.

Errores B. M. & J. Feurbornii, Tub. 1625. 4.

Examen defenſionis B. M. 1625. 4.

Ταπεινωσιγραφία Sacra h. e. Repetitio ſanæ & orthodoxæ doctrinæ de Exinanitione Chriſti θεανθρώπου, Tub 1623. 4.

Decas Exercitationum Theologicarum de præcipuis quibusdam Religionis Chriſtianæ Articulis, Tub. An. 1624. 4.

Amica admonitio ſuper quæſtione de quatuor inter aliquos Theologos Aug. Conf. controverſis capitibus de

præsentia Christi θεανθρώπου ad Creaturas, Tubingæ, 1624. 4.

Σύνοψις doctrinæ Johanneæ ex Cap. II. v. 1. 2. Epistolæ ejus Catholicæ concinnata, Francof. 1620. 4.

Exegesis Cap. I. Epistolæ ad Galatas Francof. Anno 1621. 4.

Tract. de triplici Officio Christi, Ibid. 1626. 4.

Labor sacer posthumus s. annotationes Exegeticæ in Nov. Testament. Francofurti, 1650. 4.

Decalogus in quo virtutes & vitia exponuntur, Tub. 1626. 4.

Germanica.

Bericht / ob ein Evangelischer Christ auf Begehren und nöthigen Weltlicher Obrigkeit mit gutem Gewissen zur Päpstlichen Religion sich begeben könne / *Ibid.* 1626. 12.

Kurtzer Bericht etlicher strittiger Fragen über der Gegenwart deß Menschen Christi / 1625. in 4.

Leichpr. über Hertzogin Sybillam / Hertzog Friderichs Wittib / auß Ps. *LXVIII.* 20. 21. Stuttg. 1615. 4.

über Georg Heermanns / Hertzog *Achillis Friderici* von Würtemb. *Secretarii* tod / auß Ps. 73. 25. 26. *Ibid.* 1615. 4.

über *D.* Joh. Georg Sigwarten / *Professorem Theologiæ*, auß 2. *Tim.* IV. 7. 8. Tübingen / 1619. 4.

Leich-

Leichpr. über Matthiam Hafenreffern / Cantz-
lern zu Tübingen / auß *Es. LVII.* 1. 2. Ulm/
1623. 4.

Uber Johann Halbrittern / *J. U D.* und *Profes-*
sorem, *ex Rom. VIII. 38. 39 Tub.* 1627. 4.

DAVIDES STEUDLINUS, Cam- *Nat.* 1587.
pidunensis Ecclesiæ Antistes, natus *Cl* 1625.
Heidenhemii. Patrem habuit Jacobum, *Ob.* 1637.
avum Johannem Steudlinos, hunc Reut-
lingensium, illum Nerolingensium Antistitem,
Viros eruditos & de Ecclesiâ benè meritos. Pater
ob Calendarii Gregoriani motus loco pulsus, Hei-
denhemii susceptus est, ubi Davidem circa annum
1589. genuit ac vix bimulo relicto vivis excessit,
festivo puerulo, ut qui, dum patris exequiæ paran-
tur funus arundine longâ obequitavit, paßlatis præ-
sentibus, maximè verò Johanni Andreæ, Præsuli
Regiofontano, intempestivâ alacritate lacryma-
rum vim expresserat. Cujus etiam ille recordatus,
postquam Vidua mater dispares nuptias primùm
cum ferario, vili capite, postea Scriniario me-
lioris famæ præcipitâsset atque in ipso Sponsali tho-
ro, quo fato incognitum; subitò oppressa esset, om-
ni substantiâ everlâ, puerum ad se recepit, & pari
cum filiis victu, amictu & ingenii cultu per sexen-
nium sustinuit, non vulgaria de se pollicentem, &
oris venustatem utrumque parentem, hanc tamen
etiam supra fortunam insolentiâ & majoribus, quàm
vires essent, ausibus referentem. Vita functo Joh.
Andreæ, Patre Valentini, Mater Steudlinum se-
cum cum familia Tubingam conduxit & eodem,

quo antea loco cum liberis ſuis habuit. Inde perpetuis commendationibus primùm famulitio Illuſttis ſtipendii ſubjecit, poſtea etiam ipſis Alumnis inſeruit ad ſtudiorum aſcenſus & honores adjuvit, Eccleſiæ muniis conciliavit, nuptiis etiam optatis ex Caſparis Sauteri, Senioris Auguſtani, familiâ, qua cum arcta Andreanis neceſſitudo erat, coronavit. Erat namque Melchioris Sauteri, Paſtoris Kuppingenſis, filia; Bartholomæi Kiſelii Paſtor. Oeningenſis Vidua. Factus inde Paſtor Neudenſteinenſis in Palatinatu per decennium ibi egit, donec in patriam & quidem ad Parochiam Deckenpfordenſem revocaretur. Satis in præſens reſtitutæ fortunæ videbatur, cùm forté oblatam Herrenalſi *in* Inferiore Auſtriâ functionem Eccleſiaſticam amplexus, relicto pago, Deckenpfrundt, Herrenbergenſis Diœceſeos, ubi hactenus ſacris fuerat operatus, rerumque ſuarum, quâ docendi dexteritate, quà morum amabilitate ſatagens, res ſuas haud mediocriter auxit & familiæ fortunam facilè eſt ſupergreſſus. Amiſit tamen 1619. ibi primam Conjugem; (a) alteramque duxit Bernhardi Alberti, celebris quondam Auguſtanorum Theologi filiam, Urſulam, (b) variæ poſthac fortunæ ſociam; Cum quâ eversâ Herrenalſi Religione, & non leviter turbatis rebus ſuis in Wirtembergiam rediit, nec difficulter locum Paſtoris honoratum in Eccleſiâ Backnangenſi obtinuit. Sed quod Palatinatus Cæſarei, quo condecoratus fuerat, phaleris & equeſtribus inſignibus urgeretur, (ſunt verba Val. Andreæ,) infra

ſe

(a) Mühlbergers Ehrenpreiß Mariä.
(b) *P. Freherus P. I. p. 461.*

se omnia nostra ratus, Campiduni Antistitium per amicos assecutus est. Pater numerosæ prolis factus, sed minùs vitalis, nisi quod filium Polycarpum Ulricum reliquit Campidunensis Ecclesiæ post se Seniorem. Vir, ex V. Andreæ testimonio, longiore vita dignus, illique amicissimus, ac reverà inter magnos numerandus, si minor esse potuisset. Cum fortunâ variante omni vitâ luctatus, sæpè benignam, sed subinde malignantem expertus est, quasi ingenium ejus hoc freno coërcendum esset. Sed & exactioris eruditionis nervi aliquibus videbantur deesse, qui majore Spirantem atque in dignitatis & existimationis gradu positum destituebant, quos ingenii solertia & oris promtitudine supplevit. Quod vitæ superfuit inter Urbis Campidunensis iteratas occupationes & direptiones pro partium studiis, durius ac mitius habitus, semper tamen malè multatus & exutus bonis extinctâ mœrore animi & terroribus continuis optimâ Conjuge, ipse subitâ urbis calamitate numeroso milite obrutus, subitò nec citra veneni suspicionem, extinctus est. Anno 1637. mense Martio. (c)

Scripta.

Leichpredigt über den Tod Hrn. Sebastian Egens/ *ex Luc.* 2. 26. Regenspurg/ 1624.

Leichpredigt über Hrn. Friderich Oesterreichers Tod/ Ulm/ 1621. 4.

(c) *Hæc totidem penè verbis (mutato saltim non nihil ordine) à Joh. Valentino Andreæ in Vitâ ipsius Manuscripta memorantur.*

N. 1588. *Cl. 1626.* *Ob. 1658.* JOHANNES JOACHIMUS SCHüLINUS, Eccleſiæ Collegiatæ Stuttgardianæ Antiſtes, Sereniſſimi Ducis Eberhardi Conſiliarius, & Conſiſtorii Aſſeſſor, natus erat, anno miraculis famigerabili 1588. d. 5. Martii, Bietighemii, Patre Joachimo, Pharmacopœo & Judice; Matre Apollonia, Johannis Esthoweri, celebris quondam Calvenſium Superintendentis, & poſtmodum Abbatis Alpirſpacenſis, filia. Scholas Calvæ frequentavit ſub Avi inſpectione, jactisque feliciter literarum fundamentis, an. 1600. ætatis 12. cùm examen pentecoſtale primâ vice ſubiiſſet, in Monaſterium Hirſovianum, atque anno 1604. in Mulifontanum receptus fuit, ubi an. 1606. primæ laureæ baccas adeptus; anno in ſequente Stipendium Ducale intravit; ſuperadditis deinceps anno 1609. Secundæ laureæ honoribus; poſteriore anno ad Vices paſtoris Gertringenſi in Eccleſia obeundas, & mox d. 24. Maji, ad parochiam Kircho Kurnbergenſem evocatus, paulo poſt cum aliis ad Eccleſiam Loſenſteinenſem in Auſtriâ, nec non Türckheimenſsm in Alſatiâ verbo Dei pascendam in ſuffragia venit. Quas cum reliqui Convocatorum ſponte ſubirent, ipſi Malmesheimenſis anno 1612. & elapſo ferè ſeptennio anno 1619. Aurbacenſis paſtoratus, Schorndorffenſis Diœceſeos, ceſſit, quam Eccleſiam ab Anabaptiſticæ hæreſeos fermento, ibi radicato, felici cum ſucceſſu, ſed & labore maximo, repurgavit. Unde porrò an. 1627. Superintendentiam Canſtadienſem, & reſtituto in patriam principe Eberhardo III. anno 1638. d. 17. Decembr.

Decembr. Ecclesiastis Cathedralis & Assessoris in Synedrio Sacro munus reportavit. Quod posterius officium protestationibus & supplicibus declinare precibus summoperè tentavit, sed in cassum; Undè spartam cum lachrymis ingressus est. Conjugium iniit tertiâ vice, primò 1611 d. 14. Aug. cum Catharinâ, Viti Demmleri, Calvensis honesti Civis; dein cum Margaretha, M. Cosmæ Wölfflini, pastoris Wendlingensis, filiâ, 1617. denique anno 1636. d. 26. Julii, cum Anna Maria, M. Martini Hockii, Specialis olim Stuttgardiani, Viduâ, ex stirpe Sattlerorum oriunda. Theologus erat verè Asceticus, cujus Musæum quoddam quasi Oratorium fuit, in quo varias preces concipere & coram Deo flexis genibus jugiter effundere consueverat. Nunquam ille vel ad habendam Concionem, vel ad Senatum Ecclesiasticum, vel ad Scripturæ S. lectionem accessit, quin precibus, hunc in finem in membranâ scriptis, se præpararet, Soliloquiis & meditationibus Augustini, Anshelmi, Bonaventuræ delectabatur plurimum, seque amore Jesu Christi prorsus immersum, aut in ebriatum affirmare solebat. (Er habe sich in Christum gantz inamorirt:) Id quod Symbolo suo inter alia testatum facere voluit ex Petri ore desumto: Domine, omnia novisti; tu scis, quòd diligam te, Joh. XXI. 17. Sed & cum Augustino multoties ingeminaverat: Domine, volo, sed non valeo: Da ergò, Bone Jesu, valere, qui dedisti velle: Da quod jubes, & jube, quod vis: Da mihi velle bonum, Da quoque posse bonum. Senio confectus repetitâ juxta Formulam Concordiæ Confessione, habitaque de Virtute Sa-

cramentorum in lecto emortuali gravi Homilia coram Collegis, & adornato peculiari Testamento, sublatis in cœlum corde, oculis & manibus, suspirans: Veni, veni, Domine & noli tardare. placidè expiravit in Domino d. 18. Aug. 1658. ætatis 70. mens. 6. Minist. 48.

vid. Concion. funebr. à Joh. Schubelio. Ex prædicto Symbolo. habitam p. 27. conferatur P. Freherus p. 602. qui tamen haud pauca memorabilia omisit. Adde G. Serpilium in Epitaph. Theol. Suev. p. 58. pauciſſimis se expedientem.

In obitum ejus Christophorus Wölfflin D. quem à teneris foverat, epigramma scripsit.

Si per contractum fati mollire rigorem
Et vitæ possem dimidiare dies;
Quos mihi fortè Deus dederit, Schuelinus haberet,
Addita mox annis plurima lustra suis.
Nec frustra annorum sum prodigus, ille meretur
Tam sanctè recoli, qui patris instar erat.

Geminum illi Epitaphium Stuttgardiæ suspenderunt Hæredes. Primum in Templo Xenodochiali vernaculo sermone. In Cathedrali alterum Lapidario Carmine eximium, uti sequitur.

Epita-

Epitaphium J. J. Schûlini.

ADSTA VIATOR.

Quiescit paucis ab hinc Passibus.
Lucidum quondam Domus hujus
Jubar,
Dominus Joh. Joach. Schülin. Bietig-
heim.
Exemplar.
Pietatis in Patriam, erga JEsum Chari-
tatis
Vir raris in Ecclesiam Meritis incly-
tus
Cui Plantandæ III L. Annis Vigilem
Curam adhibuit
Ter Parochus
Quarta vocatione Parochorum Super-
intendens
Post X. Ennium & Superattendentium
Inspector

Cum Consistorio Illustri admoveretur,
Cui Collegio
Domus simul hujus Primarius Antistes
Ad IV. Lustra Utiliter interfuit.
Ter Conjux Liberos XV. genuit, quos
præter
Unicam Filiam præmisit omnes
Anabaptistico furore Auerbaci Domito.
Terrore Pestis, Martisque Horrore
Feliciter Superatis
Superare Infensæ mortis Spicula vitare
Nec valuit, nec voluit.
Licet Ecclesiæ Vota, Fata immitia mitigare
Acriter contenderent
Advocato potius JEsu suo, ne tardaret,
Nec ardante
Decessit Lætus,

Non

Non sine Auditorum, Ministrorumque
Bonorum que omnium
Luctu & Desiderio.
XIII. Cal. Sept. A. Dn. MDCLVIII.
occidente Sole
Salute & publicà ad occasum Vergente,

Sicque

Exactis in mundo LXX. Annis. Mensibus VI.
Tandem inter Mortales esse desiit,
cepit
Esse cum Christo
Quem unicè diligere exactè didicit, docuit;
Disce idem & verè vivere disces.

Scripta.

Jacobi Regressus in Patriam, das ist / Christliche Leichpredigt über dem Tod Andreä Burckhardten / *J. U. D.* Würtembergis. Regiments, Raths und Cantzlers zu Stuttgärdt ꝛc. auß 1. Buch Mosis *XXXII. v.* 9. 10. Stuttgardt / 1651. 4.

Leich-

Leichpr. über der Leichbegängnuß Fr. Annä Catharinä/ Hertzogin zu Wirtemberg/ Hr. Eberhards *III.* erster Gemahlin/ auß *Act.* XXI. v. 4. Stuttg. 1655. 4.

Leichpr. über Fr. Barbarä Sophiä/ Hertzogin zu Wirtemberg von Straßburg abgehohlte Leiche und deren Beysetzung in dem Fürstl. Gewölbe zu Stuttg. auß 2. *Tim. IV.* 7. 8. 1659. in 4.

Leichpr. über Herrn Hieronymus Pletzgern.

Septenarius Passionalis.

Paulus Arithmeticus.

N. 1588. *Cl. 1626.* *Ob. 1660.* JOANNES JACOBUS HEINLINUS, Abbas Bebenhusanus & Generalis Superintendens, Calvam lanificio & mercimoniis celebrem ortu suo cohonestavit anno 1588. d. 21. Decembr. ipsis feriis Thomæ Apostoli. Patrem habuit Jacobum, Oppidi Superintendentem, Matrem Annam, Bartholomæi Schæfferi, parochi petro-Cellensis, relictam viduam, & ex illa fratres uterinos, Michaëlem & Zachariam, Schæfferos, viros ab eruditione & munerum præstantiâ celebres. Vix novennium supergressus ob ingenii felicitatem in Pædagogium Stutîgardianum, & ob vocis suavitatẽ interioremq; Musices notitiam in Sacellum principale inter pueros Symphoniacos cooptabatur. Triennio post vix duodecennis anno 1601. in Cœnobium Hirsaugiense, anno 1605. in Bebenhusanum, anno 1606. in Stipendium Ducale Tubinganum successivè translatus, primæ laureæ baccis honores Magisteriales superaddidit anno

no 1607. factus numerosi gregis primas. An, 1609. post vices pastorales regiofonte & Kirnbaci præstitas, Repetentis charactere ornatus Mathematicæ Disciplinæ & linguis Orientalibus præcipuè incubuit. Anno 1613. Ministerio Ecclesiastico adhibitus Diaconum Bietigheimensem per octennium & deinceps anno 1621. Pastorem Ober-Riexingensem egit. Hoc autem in oppidulo singulari felicitate, sicut ipse interpretabatur, Virum toto orbe inter Mathematicos celeberrimum multos per menses cohabitatorem nactus, Johannem Kepplerum, nempe Leomontano-Wirtembergicum, qui illo tempore expediendorum quorundam negotiorum causâ ab aulâ Cæsareâ profectus, domicilium eò transtulerat. A quo penitiorem Matheseos scientiam hausit. Anno 1624. ad Episcopiam Specialem Oppidi & Diœceseos Herrenbergensis, anno autem 1635. Böblingensis, atque anno 1638. Derindingensis pagi & vicinarum Ecclesiarum vocatus, postremo in loco insimul Superintendentiam Generalem obtinuit. Cum autem propter militum crebras incursiones in prædicto pago tutus habitare non posset, Tubingam concessit & vacante post Wilhelmi Schikhardi obitum Matheseos professione disciplinam istam gratis & absque ullo salario docuit per biennium. Restitutis autem per Dei gratiam & pacem Osnabrugensem justo Domino Monasteriis Wirtembergici Ducatûs, ipse Abbas Adelbergensis declaratus & mox Informationi curæque inclyti principis, Johannis Friderici, qui tum in Illustre Collegium studiorum causâ introducebatur, præfectus fuit. Qua per quinquennium cum laude

gestâ,

gestâ, J. V. Andreæ demortuo, anno 1654. Successor datus, non tantùm Alumnis, quorum in Cœnobio Bebenhusano perpetuum est domicilium, ut Abbas istius loci præfuit, verùm etiam ex more solito Hiero-Tetrarcham, ut antea, & Assessorem Ordinum provincialium egit usque ad mortem. Voto conjugali sese desponsavit altera vice; primò Reginæ, Joh. Wendelini Brentii, Præfecti Eberdingensis filiæ, ex qua geminos reliquit filios Pastores: Secundò Elisabethæ ab Egen, M. Davidis Hafenrefferi, Superintendentis Canstadiensis quondam viduæ. Encomium ejus & virtutes præsule dignas jam anno 1646. Th. Lansius publicè expressit sequentibus verbis: Hic vir, ait, prorsus integerrimus & supremis par laudibus, cum in hoc calamitosissimo, quod jam supra 27. annos depascitur artus Germaniæ, incendio bellico gravissimas fecisset fortunarum jacturas, & præterea ab impio & truculento milite, plurium iniquitate direptionum non exaturato, præsentissima vitæ pericula sustinuisset, opposuit malis animum hospitalem Deo, stetitque in pietatis palæstrâ erectus, super dolorem, lætitiam, spem, metum & reliquum turbinem mortalitatis de puncto illo, quod tot inter gentes ferro & igni cum proborum & insontium injuriâ dividitur, parùm solicitus. Purâ itaque Conscientiâ Deòque devotâ se involvens, non ultra Oceanum ferebatur, intercipiendis peregrinorum divitiis, nec oculos vibrabat in crumenas, & patrimonia Orphanorum & pauperum, sed ad alias inæstimabiles nec morituras opes circumspexit. Hucusque Lansius. (a) Abstrusioris ingenii

(a) *Vid. Progr. Univers. Tubing.*

genii & doctrinæ virum fuisse vel sola Chronologia Mystica demonstrat, quæ si M. Hesenthalero fides, (b) tot literati orbis Heroibus, Lansio, Salmasio, Vossio, Heinsio, Comenio, Usserio, Forbesio aliisque stuporem incussit,& calculum album extorsit, cum ab illo in applicatione hebdomadum Danielis id viderent præstari, quod hactenus omnibus Chronologis fuit impossibile. Quanquàm alii non extremæ caveæ Chronologi subtiliorem, quàm solidiorem conatum illum fuisse putârint, rationibus moti haud nullis. Quos inter fuére Tobias Wagnerus, (c) (qui tamen eandem postea sententiam foviisse scribitur,) & Hieronymus Kromajérus, Theologus Lipsiensis: (d) Heinlinus verò vindicias suæ calculationis adornavit, deque suggestione illius sibi divinitus factâ tàm certum se affirmavit, ut ad conbustionem libri sui publicam, si res aliter sese habeat, provocaverit; cujus placita hodienum Viri quidam docti adoptare incipiunt. Quemadmodum igitur ille cum tribus Mathematicorum principibus, Michaële Mæstlino, præceptore suo, Johanne Kepplero & Wilhelmo Schikhardo, quem arduis continuò quæstionibus exercuit, conversatus erat; ita ipse quartus fuit haud quaquam inferior, de quo non minus ac de illis Wirtembergia sibi meritò gratulatur. Nec tantum in Mathesi sed & in omni alio scibili erat versatus; ideòque ex mandato Sereniſſimi Ducis summarias Prophetarum & Nov. Testamenti explicationes paraphrastico-homileticas

(b) *Laudat. Funebr. p. 29.*
(c) *Instit. Histor. p 48. & 89.*
(d) *Polym. Theol p. 498.*

concinnavit, quæ publicam in hoc Ducatu Autoritatem obtinuerunt, ſicut & reliquæ meditationes, quas Succeſſor ejus, B. Joh. Cunradus Zellerus, continuavit. Tandem muneribus, annis & meritis undiquaque gravis, mortalis eſſe deſiit anno 1660. d. 4. Sept. æt. 71. menſ. 8. dieb. 14. Epitaphium in Sepulcreto ad aram templi Bebenhuſani ſito inſculptum reperitur, cum triplici clavis, dexteræ divinæ Solisque præfixo Symbolo: (e) Laudatione ſupremâ eum celebrarunt Magnus Heſenthaler & Balthaſar Raithius, qui varias ejus virtutes, temperantiam præſertim & *αὐτάρκειαν*, nec non ingentia pericula pluribus proſequuntur.

Scripta.

Clavis Chronologiæ Sacræ, Tub. 1642.
Sol temporum, ſive Chronologia myſtica, Tub. Anno 1646. fol.
Synopſis Mathemathica, Tub. 1653. 8.
Vindiciæ Chronologiæ, Tub. 1647.
Ethica Chriſtiana, Tub. 1656. 8.

Manuſcripta.

Phyſiologia Moſaïca
Prolegomena in Moſen & Eſaiam.

Germanica.

Summaria, oder kurtze Außlegung deß Neuen Teſtaments zu den ordentlichen *Veſper*-Lectionen/ Stuttg. 1659. 4.

Summa-

(e) *Vid Car. Memor. L. VII. p. 228.*

Summaria, oder Außlegung aller Propheten/ Stuttg. 1662. 4.

Muri Babylonis deſtructi, das iſt / gründliche Widerlegung der vornehmſten Schein-Gründen/ damit heutiges Tages die Jeſuiten und Päpſtiſche Lehrer die Evangeliſche *Religion* umzuſtoſſen / dargegen ihre Päpſtiſche Irrthummer zu behaupten / und hohes und nidern Standes vom Papſtthum abgetrettene Perſonen wieder zubereden ſich unterſtehen/ Tübingen/ 1654. 12.

JOSEPH OSIANDER, Abbas Blabyrenſis & Sereniſſimi Conſiliarius, Lucæ, Senioris, ex Tabitha filius, Stuttgardiæ 1589. d. 11. Januarii genitus, trivialia & Academica eo cum ſucceſſu tractavit, ut etiamnum adoleſcens honoribus Academicis honoraretur. Theologiam aggreſſus brevî Repetitionem in Stipendio conſecutus, anno 1610. ætat. 21. primam in Miniſterio ſpartam, Diaconiam videlicet Göppingenſem, & elapſo quinquennio, 1616. Superintendentiam Balingenſem, denique 1633. Abbatiam Blabyrenſem reportavit. Eâ verò poſt cladem Nördlingenſem pulſus ſecuritatis causâ Ulmam & paulo poſt Eſslingam ad generum, Hieronymum Bojum, Pharmacopolam, conceſſit. Nuptias celebravit primas anno 1611. d. 19. Novembr. cum Urſula, Oswaldi Gabelcoveri, Medici gnatâ; Secundas cum Sophia, Davidis Piſtorii, paſtoris Auguſtani filiâ, ex utrâque ſuſcepit quatuor liberos: Theologus erat pius & vitæ exemplar Chriſtianæ.

Nat. 1589. Ci. 1027. Ob. 1635.

Cæterùm valetudinarius ferè perpetuus. Eſslingæ, ubi poſt balnei Bollenſis uſum in exilio commorabatur, tuſſe, nephritide, podagrâ, tandemque apoplexiâ oppreſſus exſpiravit. anno 1635. d. 10. Decembr. Concionem funebrem dicente Tobia Wagnero, tùm temporis Eſslingenſium paſtore ex Danielis XII. 3. quam confer.

Nat. 1591.
Cl. 1627.
Ob. 1647.

JOHANNES LEONHARDUS VOLMARUS, Illuſtris Conſilii Montbelgardenſis Aſſeſſor & Superintendens Eccleſiarum Generalis, Uraci natus erat in agro Wirtembergico anno 1591. Patre Abrahamo, præfecto, Matre Sibyllâ Schleicheriâ, Ulmenſi. Literas in Scholâ patriâ primùm, dein Blabyræ ac Bebenhuſæ in Cœnobiis didicit, Tubingam deductus 1612. Baccalaureus 1614. Magiſter Artium renunciatus Theologiæ tantâ cum induſtria & felicitate incubuit, ut à Johanne Georgio, Marchione de Jægerndorff ad vicarias operas adhiberetur. Paulò poſt variis intercedentibus obſtaculis à Comite Hohenloico ad Eccleſiaſtis Aulici munus vocatus, ex quo porrò in patriam ad paſtoratum oppidi Altenſteigenſis à Principe Johanne Friderico revocatus. Inde ad Paſtoratum Freudenſtadienſem & anno 1624. ad Generalem Epiſcopiam Eccleſiarum Montbelgardenſium promotus fuit, cui ſub Duce Ludovico Friderico ſex, ſub Leopoldo Friderico 16. annos magna fide ac Zelo præfuit. Maritus factus alterâ vicè; primò cum Waldpurgâ, Joh. Zelleri, paſtoris Rosfeldenſis filiâ, cum qua octo liberos genuit. Secundò anno

no 1641. d. 6. Junii cum Sibylla, Johannis Rösleri, J. U. D. & Consiliarii Superioris Wirtembergici Filiâ, susceptis ex ea tribus filiolis. Laudatur à parentatore, Nicolao Cucuellio, quòd fuerit sanus in fide & conscientiæ immaculatæ invitâ. Cætera Epitaphium exhibet tumulo è regione altaris in templo arcis Montbelgardensis sito, inscriptum his verbis:

Hoc recubat tumulo,

JOHANNES LEONHARDUS VOLMARUS, Illustris Consilii Montbelgardensis Assessor & Superintendens Ecclesiarum Generalis; Fidus DEI servus. Gregis Dominici pastor & bonorum pater omnium. Qui cum duabus Uxoribus, Waldpurgâ Zelleriâ & Sibyllâ Röslerià amicissimè vixit; Septem filios cum quatuor filiabus ex utroque conjugio procreavit, ac vitæ 56. Minist. 32. annis expletis in Christo placidè obdormivit. Cujus tumbam intuens Viator humanæ sortis miseriam deplora & à Deo beatum

discessum exora. Natus ὁ μακαρίτης anno Christi 1591. Denatus die 28. Jan. anno 1647.

Concionem funebrem dixit memoratus Author Nicolaus Cucuel, ex Act. XXIV. 14, 15, 16.

Scripta.

LEichpredigt über Ludwig Friderich Hertzogen zu Würtemberg-Mömpelgardt / *Anno* 1631. 4.

Nat. 1592. *Cl. 1660.* *Ob. 1661.* BERNHARDUS WILDERSINNIUS, Abbas Hirsaugiensis, Serenissimi Consiliarius & Senatus Provincialis Adsessor, ærumnosam hanc Vitam subiit An. 1592. Ingenii & studiorum præstantiâ eò emersit, ut post honores Philosophicos Repetentis characterem adeptus, sacris ab initio Ministerii in oppido Uracensi anno 1622. ut Diaconus operaretur. Quâ de Spartâ Backnangam ad Pastoratum, Anno 1635. & ex isto Calvam ad Pastoris & Episcopi Specialis officium A. C. 1643. denique ad prædicti Monasterii Præsulatum, connexasque dignitates, (post restitutionem omnium Cœnobiorum pace Osnabrugensi obtentam;) evectus est. Vir, prout è scriptis ejus dispalescit, solidè doctus. Judicii subacti & ingenii per acris, prout in materiâ de Traduce, quem sub Præsidio D. Thummii An. 1623. publicè jam defenderat in Academiâ Tubingensi, contra

Jesui-

Jesuitam H. Wagnereccium ostendit. Hebraicæ linguæ non perfunctoriè peritus, ut qui B. Schickhardi sententiam de punctis Nominis Tetragrammati non genuinis, sed aliunde mutuatis prolatam, argumentis non contemnendis luxavit. Lampada Munerum Successori suo, Eliæ Springero, tradidit ad meliorem vitam traductus. A. C. 1661.

Scripta.

Wunder- und Buß-Spiegel / das ist / eine Christl. Predigt vom Blut-Regen und andern Zeichen und Wundern / so sich dieser Zeit im Hertzogthum Würtemberg begeben und sehen lassen / zusamt derosel. ben Bedeutung / Hall in Schwaben / *An.* 1643. 4. (a)

Anti-Wagner Eccius, i. e. Apologeticus pro Traduce, Tubingæ, 1660. 4.

Vindiciæ, oder gründliche Rettung deß *Tetragrammati*, daß seine *Punct*en nicht frembd und entlehnt: sondern natürlich und eigen seyen / entgegen gesetzt den *Motiv*en und Beweißthummen / mit welchen *W. Schickardus* das Gegentheil beweisen wollen / *Anno* 1650. *fol. Manuscriptum.*

Leichpredigt über Wilhelm von Remchingen / Fürstl. Rath und Obervogten zu Urach / auß *Luc. II.* von Simeon / Stuttgardt / 1631. in 4.

(a) *Ephraim Praetorii Biblioth. Homilet. Lit. VV. in Lud.*

Nat. 1592.
Cl. 1628.
Ob. 1669.

JOSEPHUS SCHLOTTERBECCIUS Generalis Superintendens, & Abbas Mulifontanus Lienzingæ Ducatûs Wirtembergici pago, natus 14. Martii, anno 1592. patrem habuit, M. Johannem Schlotterbeccium, primò in Cœnobio Maulbronnensi præceptorem, deinde pastorem Ecclesiæ fidelem Lienzingæ. Matrem Barbaram Widmanniam. Puer in addiscendis Linguæ Latinæ rudimentis Vahingæ biennium, Stuttgardiæ in pædagogio Sexennium, in Cœnobio Hirschhaviensi biennium, & alterum in Cœnobio Maulbronnensi exegit. Cùm studium Philologicum & Philosophicum absolvisset, anno 1613. ætat. 21. Tubingæ philosophiæ Magister solenniter renunciatus est. Studio Theologico deditus abinde Anno 1617. Dominorum Professorum & Præceptorum auxilio ad Repetitoris officium inter Stipendiarios promotus, triennii spatio diversa eruditionis suæ specimina edidit, dum anno 1618. Theologi celebris, D. Thummii disputationem gradualem defendit, & brevî post orationem in festo Augustini anniversariam recitavit. Anno 1620. Diaconus Vaihingensis, & anno sequente Stuttgardiensis factus. Anno demum 1632. Pastor & Specialis Marpacensis declaratus, hoc munere 24. annos, pestis belli & annonæ tempore fideliter functus est. Interea anno 1640. Superintendens Maulbronnensis & anno 1661. Abbas Cœnobii Mumhartensis designatus, & anno 1656. postquam Schola Cœnobialem Maulbronna instauraſſet, ejusdem Cœnobii Abbas constitutus, ubi Diabolicis præstigiis famosi

mosi illius spectri, quod maligna quædam fœmina, aut saga fuisse, compertum est, juxta cum Alumnis suis mirè exagitatus. In Conjugio quadruplici vixit, desponsatus primò anno 1620. cum virgine, Anna Maria, Michaëlis Greisii, Pharmacopæi Tubingensis filia, ex qua biennio post filiolum suscepit brevis cum matre suâ vitæ. Secundò cum Virgine, Anna Margarethâ, Friderici Schotti, Scriniarii Aulici Stuttgardiæ filia, ex qua duos liberos suscepit anno 1627. cum matre denatos. Tertiò, anno 1628. cum Virgine Margaretha, Petri Hermanni, Civis Stuttgardiensis filia, cum qua septennium exegit, factus ex ea Pater quatuor filiorum & filiæ Catharinæ Barbaraæ, quæ postea M. Joh. Jac. Wolfio Pastori Feurbacensi, nupsit. Ex filiis verò Patri superstitibus Joh. Wilhelmus, Cœnobii Wirtembergici Reichenbacensis Curator, & Johannes Georgius, Xenodochii Marpacensis Gubernator factus est. Quartò anno 1636. uxorem duxit Virginem, Annam Mariam, M. Johannis Krompeinii, Pastoris Beihingensis filiam. Ex hac filios reliquit M. Philippum Jacobum, Diaconum Uracensem, M. Josephum, atque Johannem Marcum. Ex filiabus Anna Maria M. Joh. Ludovico Neuffero, Pastori primò Mynsterensi, dein Weinspergensi, & Maria Barbara M. Joh. Michaëli Irensigero, Heilbrunnensium tandem Superintendenti fuerunt elocatæ. Colicis doloribus à sesquianno sæpius afflictus accedente tandem catarrho suffocativo placida morte extinctus est, d. 21. Maji, 1669. ætat. 78. Concionem funebrem dixit M. Eberhardus Kellerus, tùm tem-

poris Præceptor Alumnorum Clauſtralium Maulbronnæ. (a)

Scripta.

COncio funebris in Obitum Bernhardi Ludovici Löheri, Concionatoris Aulici ex Gal. II. 20. Stutt. 1631. 4.

Alia in funere Georgii Eſenweinii, paſtoris Bottwarienſis ex II. Tim. IV. 7, 8. Tub. 1645. 4.

Nat. 1592. Cl. 1628. Ob. 1665. ELIAS SPRINGERUS, Sereniſſimi Conſiliarius, Generalis Superintendens & Abbas Hirſaugienſis, Wiſenbronnæ in Franconiâ, Comitatus Caſtellenſis, genitus An. Chr. 1592. d. 11. Martii. Patre Balthaſaro, ibidem Decano & Superintendente, qui poſt M. Davidem Maiſium, ad Saxovinarienſem Prædicaturam Aulicam promotum, Sereniſſimi Wirtembergiæ Adminiſtratoris permiſſu eo venerat. Matre Genophæa, Andreæ Heſſii, Civis Münſingenſis, filiâ. Patrem vix ſemeſtris amiſit; Unde à Matre piâ Matronâ in patriam cum reliquâ prole reductus curſum ſtudiorum in Pædagogio Stuttgardiano An. 1601. ceptum & Bebenhuſæ A. 1610. & 11. continuatum, obtentis utriusque laureæ honoribus in Seminario Illuſtri abſolvit, factus ab initio An. 1616. Repetens Muſices & deinceps ejusdem Profeſſor ab Ampliſſimo Senatu in Collegium Academicum receptus. Anno 1618. diſputatione ſub

(a) *Vid. Freher. Theatr. Sect. I. p. m. 689. & ex eo G. Serpilius. Epitaph. cit. p. 58.*

ſub Th. Thummii præſidio habitâ Articulum. de Fide & Operibus egregiè defendit. An. 1619. ad Diaconiam Herrenbergenſem & elapſo ſeptennio ad Decanatum Thermis Ferinis obeundum Porrò An. 1635. ad Superintendentiam Herimontanam promotus eſt, ubi An. 1660. Generalis Inſpectoris Adelbergenſis Diœceſeos Munus; ulterius Anno 1662. deſignati Abbatis & Præpoſiti in Cœnobiis Regiofontano, Herbrechtingenſi, Alpirſpacenſi & San-Georgiano, characterem; Denique Monaſterii Hirſaugienſis Inſulam plenâ poſſeſſione conſecutus eſt. Tori legibus ſe addixit Virgini, Annæ Magdalenæ, B. Johannis Georgii Sigwarti, Theologiæ Profeſſoris in Academiâ Tubingenſi filiæ, ex quâ undecimam ſobolem vidit. Elogia Viri exhibebat, olim erectum in Refectorio Hirſaugienſi (im Rebenthal.)

Epitaphium.

ELIAS SPRINGERUS, Franco-Wiſenbronnenſis in Comitatu Caſtell, Bernhardo Wilderſinnio Abbas alias quadrageſimus poſt occupationem vero hujus Clauſtri & totius Ducatus An. 1634. & reſtitutionem utriusque, Annis 1638. & 1650. factam ſecundus ſucceſſit Anno 1663. Quantâ

prius

prius laude, ſtudio & dexteritate, Herrenbergæ Diaconus, Thermis Ferinis Decanus, iterum Herrenbergæ Decanus & Generalis Adelbergicus, Præſul porrò & Præpoſitus Herbrechtingæ & Regioſonti, poſtea ad D. Georgium & Alpirſpaco præfuit & ubique Eccleſiæ Dei profuit: tantæ pietatis, prudentiæ & fidelitatis Exemplum etiam hîc præſtitit. Mortalitatem tandem immortalitate permutavit Stuttgardiæ, ex acutis & ſibi maximè conſciis ſymptomatibus, inter Conſilia Senatus Provincialis obiens placidiſſimè, 2. Martii Anno Redemtionis, 1665. ætatis 73. Miniſterii 46. Matrimonii 45. Abſens extra Clauſtrum mortuus reliquit & remiſit Viduæ & Liberis in Clauſtrum & abditum cordis dolorem præſentem & inexflebilem: Patriæ, Collegis & bonis omnibus deſiderium vivaciſſimum: Huic maximè Cœnobio ad Deum pro Con-

Consimili Patre Votum piissimum ac suspirium.

Hæc ex Concione Funebri, quam è II. Reg. II. v. 11. 12. dixit M. Joh. Georgius Naschold Pastor Echterdingensis edit. Stuttg. 1665. 4.

Epicedium dedit insigne Collegium Ministrorum in Diœcesi Hirloviană:

Unica lugubris meritas Tibi Concio laudes
Ferre nequit, calamo es dignior ipse meo.
Non atramento, sed sacro flamine tincta
Corda olim laudes millia multa dabunt.

JOHANNES HENRICUS FABER, Augustani Ministerii Senior & Antistes ad D. Ulrici Fanum in terris peregrinari cepit, An. Chr. 1592. d. 3. Septembris st. v. Winsbergæ, ditionis Wirtembergicæ Oppido, ex historiâ Mulierum ἀνοτεροφόρων celebri. Patrem habuit Johannem Schmid, Civem & Restiarium. Matrem Apolloniam Crafftiam, Tieffenbaco prope Imperialem Dünckelspühl oriundam. Cùm in Schola patriâ Ludimoderatore, Friderico Fingero, Viro, quem vocat, doctissimo & simul etiam eximio Medico aliquòusque profeciſſet Anno 1607. & 1608. gemino Examine Petecostali Stuttgardiæ exploratus, tempore Autumnali Adelbergam in Collegium Alumnorum, Abbate Daniele Schrötlino, Præceptoribus Johanne Breunlino & Joh. *Nat. 1592. Cl. 1628. Ob. 1661.*

Joh. Conrado Gœbelio, poſt Auguſtanorum Seniore promotus eſt, Anno 1611. in Monaſterium Maulbronnenſe traductus ſub Felicis Bidembachii D. primum, poſt illius obitum verò Erasmi Grüningeri, Pedo Præſulari & Inſtitutione M. Michaelis Wiſenfauti, inſignis Logici, qui ad Socinismum tandem deflexiſſe perhibetur, M. Conradi Hochſtetteri & Ludovici Heſſi adolevit, usque dum An. 1613. in Stipendium Ducale in Academiâ Tubingenſi receptus, ſub Cancellario, Andrea Oſiandro, Superintendentibus, Matthia Hafenreffero, Joh. Henrico Hiemero & Vito Müllero, Magiſtro domus An. 1615. alteram capeſſeret lauream ordine inter 51. Candidatos quintus. Jactis porrò in Theologiâ fundamentis An. 1616 circa Feſtum Paſchale ad Eccleſiam Bittefeldenſem miſſus eſt, ut M. Joſephi Oſiandri Paſtoris, poſt Abbatis vices perageret. Reverſus inde An. 1617. Repetentium Numero adſcribitur & primâ vice de Baptiſmo ſub Præſidio D. Thummii; Alterâ 1620. de æternâ Salvandorum Electione, pro Summis Domini J. U. Pregizeri in Theol. honoribus Reſpondentis Spartam ſuſtinet. Eodem anno Miniſterium Stuttgardianum operis Vicariis ſublevare juſſus, inſequente Anno Vocationem à Senatu Auguſtano ad Diaconiam in Templo Diſcalceatorum accipit Eam declinaturus Præpoſitum Grüningerum cum adiiſſet, reſponſum tulit: Jam jam præſtò eſſe Internuncium Auguſtanum & Sereniſſimum Principem ejus dimiſſioni clementer annuiſſe. Nil itaque ipſi relictum præter obſequii gloriam. Inidoneum ſe prætendenti Grüningerus Laconicè: A Deo, inquit, miſſus,

missus, redditur idoneus. Wen GOtt schickt/ den macht Er geschickt. Itaque divino Nutui morem gerens Augustæ Vindelicorum appulit, ubi post triennium Diaconus in Templo Sanctæ Crucis ab Ecclesiastico Conventu declaratus; Anno au- 1629. per infelix illud Deformationis Pontificiæ Disturbium cum Collegis ejectus, Pathmum quæsivit in Patriâ Backnangæ & Oppenwilæ apud Socerum M. Hoffmannum, Pastorem. Anno 1631. Parochiæ Hunawilensi in Diœcesi Richovillanâ à Serenissimo Ducatus Administratore destinatus, mox verò An. 1632. Augustam revocatus Pastor in D. Georgii templo evasit. Anno tamen 1635. rebus Protestantium ex clade Nerolingensi ferè collapsis à Pontificiis denuò exautoratus solitariam Augustæ Vitam sub variis calamitatibus domesticis & exactionibus gravissimis privatus egit. An. 1641. Ratisbonensibus in Ministrum Ecclesiæ desideratus certis de causis sese excusavit. An. 1647. d. 8 Octobris, cum Philippus Weberus, Senior Augustanus, Confessionibus Sacris occupatus subitâ Infirmitate corriperetur, ipse solus è Collegis in Urbe superstes Ecclesiastis in Collegio Evangelico Vices pro Webero primum, dein etiam pro Paulo Jenischio supplevit. Partâ tandem per Dei misericordiam pace Westphalica in Ministerium Urbicum 1649. d. 3. Maji, legitimé iterum cooptatus Antistitium in D. Ulrici Ecclesiâ & Senioris, juxta Phil. Weberum, Munus obtinuit. Eo autem 1652. vivis erepto Pastoratus quoquè Annæanus solenniter & repetitis Vicibus in Communione & in aurem illi fuit oblatus, quem tamen præmissâ gratiarum Actione con-

conſtanter renuit, imbecillitatem memoriæ & voeis cauſatus, tandemque ſubjiciens : Si omninò tenerentur ſpartam recipere, ſe tamen ſuo & aliorum præſagio tantò citiús moriturum. Quibus excuſationibus Senatus Evangelicus acquievit, dato eum in finem honorifico decreto, inferius recenſendo. An. 1621. matrimonium iniit cum Virgine, Anna Maria, Matthæi Sandneri, in Cœnobio Neſſelenſi propè Heilbronnam, nunc deſolato, quondam Monachi ſed ad fidem Evangelicam Lectione Bibliorum & Lutheri librorum converſi, de cætero celebris Medici filia, ex quâ 26. annorum ſpatio ſex filios, ſeptemque filias ſuſcepit. Superſtites non niſi duo manſere; D. Johannes Matthæus, Civitatis Eſslingenſis primùm Phyſicus Ordinarius, deinceps Sereniſſimi Principis, Friderici, Neoſtadienſis Wirtembergiæ Ducis Archiater, hodie Liberæ Civit. Imp. Heilbrunnenſis, Medico in Acad. Cæſar. Leopoldinâ Collega, dictus Plato I. celebratiſſimus. Vir in Phyſicis, Matheſi, Medicinâ & omnibus amœnitatibus elegantiisque literariis curioſiſſimus. (a)

Alter Johannes Jacobus, Paſtor Hornbergenſis in Wirtembergiâ. Ex utroque tres vidit Nepotes. Secundas nuptias celebravit, An. 1648. cum Eliſabetha Tucheriâ M Joh. Chriſtophori Schuhmacheri, Diaconi ad D. Ulricum Viduâ unicâ per eam filiolâ beatus. Erat Theologus, ut in literis Senatus Auguſtani memoratur, excellentibus donis & Chriſtiani Zeli gloriâ conſpicuus, quem poſt P. We-

(a) *Vid. Rod Mart. Meelführeri Accerſiones aa Almalobem Bibliothec. Prom. & Latent. p. m. 33. & 159.*

Weberum ob experientiam & multiplices temporibus periculosissimis labores Senioris Axiomate præ aliis judicârunt dignissimum, An. 1658. d. 10. Febr. catarrhus apoplecticus eum usque adeò prostravit, ut expiraturus videretur omnibus. Nihilosecius tamen Medicorum industriâ præter spem convaluit, tametsi judicio & memoriâ in tantum debilitatus, ut facultatis legendi scribendique, imò etiam distinctioris loquelæ maneret expers; quæ miseria per triennium ferè duravit. Rude igitur á Senatu Evangelicæ Partis donatus peregrinationem vitæ absolvit, d. 27. Augusti, An. Chr. 1661. ætatis penè 70. Ministerii 31. Tractatum præcipuum de S. Cœnæ manducatione dignâ adducit Ephraim Prætorius. (a)

Literæ Decretales Senatus Evangelici Augustani.

Die Herren Stadt-Pfleger und geheime Räth A. C. geben denen Kirchen-Pflegern und Adjuncten auf ihre erstattete umständliche Relation, über die mit einem Ehrwürd. Ministerio den 28. nechst-abgeschiedenen Monaths Augusti, der vacirenden Pfarr-Stelle bey St. Anna, gepflogene Conferenz zuvernemmen: Obwohl Sie ihres Theils vor allen Din-

m gen

(a) *Bibliothec. Homil. Lit. F. Indic. Aut. & ad 1. Cor. XI. p. 887.*

gen Herrn M. Johann Heinrich Fabern/ Pfarrern bey St. Ulrich nicht allein als Seniori, sondern auch seiner von GOtt verliehenen hohen Gaben / Christ-rühmlichen Eyfers / dreyssig jährigen Erfahrenheit und bey hiesigem Ministerio in denen vor passirten Gefährlichkeiten außgestandenen vielen Ungemachs halben / die gedachte Pfarr-Stelle bey St. Anna wohl vergonnen mögen. Jedoch und weilen derselbe sich so hoch entschuldiget / wollen die Herren-Stadt-Pfleger und Geheime in Ihne Herrn Fabern / wider seine Gelegenheit nicht setzen / sondern lassen denselben bey sollicher seiner gethanen Entschuldigung bleiben. ꝛc. Signatum, d. 2. Sept. An. 1652.

Stadt-Pfleger und Geheime/ Augspurgis. Confession.

Scripta.

Lutherischer Hertz-Klopffer über den Artickel vom Heil. Abendmahl / darauß zusehen / wie man sich zum Abendmahl bereiten / beym Gebrauch würdig verhalten / und hernach gebührlich bezeugen soll. Ein außführlicher Tractat, Ulm / 1647. in 4.

Gloria

Gloria Cœli, das ist / eine Christl. Predigt über dem grossen herzlichen Himmels-Glantz der Lehrer / *Dan. XII.* über der Leichbegängnuß Hn. *Philippi Weberi*, Pfarrers bey *S. Anna* und *Senioris* in Augspurg / Augspurg / *Anno* 1652. in 4.

Leichpredigt über dem Abschied Herrn *M. Petri Meuderlini*, gewesten *Ephori*, in dem *Collegio Evangelico* zu Augspurg / auß *Joh. XIV.* 19. Stuttgardt / 1654. in 4.

WOLFFGANGUS JACOBUS CHRISTMANNUS, Pastor in Kirchentellinsfurth in lucem editus est, *N. 1597. Ob. 1631.*

An. 1597. d. 1. Octobris, Neoburgi in Palatinatu Superiore; Patre Wolffgangô Christmannô, Consiliariô & Præpositô Neoburgensi, Matre Catharinâ, Jacobi Heilbrunneri celebris Theologi Filia d. 2. Octobr. baptizatus Anadochis, Ludovico Comite Palatino, & Anna Serenitatis ejus Conjuge; nec non Principe hæreditario Augusto & Apollonia Wolffgangi Henrici Laïnblini de Renatzhofen / Consiliarii, Uxore. Trimulus factus in ædibus Avi ductu & auspiciis ejus ad pietatem & studia manuductus. In Gymnasium deinde Lauinganum 1608. mense Aprili receptus, per octo Annos Studiis Philosophicis & Theologicis operam sedulam navavit. Anno autem 1616. Wolffgango Wilhelmo, Palatino ad Papatum declinante cum centum florenorum honorario dimissus Tubingam venit, lauream primam d. 4. Sept. tertio inter 52. Commilitones loco, & 1617. gradum Magisterii

secunda inter 24. Competitores Statione obtinuit. Inde Theologiam Tubingæ & Argentorati excoluit, disputatione de Justificatione hominis magna cum laude habitâ. Anno 1618. d. 1. Novembr. inter Alumnos Stipendii Ducalis receptus, post novem mensium decursum Augustam Vindelicorum ad Ecclesiam Discalceatorum vocationem accepit, cui sex Annos ut Diaconus & Archidiaconus, & quatuor ut Pastor inserviit. Anno 1629. d. 29. Julii, cum omnibus Evangelii Præconibus Augusta ejectus, sesquiennium in exilio contractione insuper membrorum laborans vixit. Anno 1630. d. 26. Jan. Parochiæ Kirchentellinsfurtensi à Serenissimo Wirtembergiæ Duce admotus Auditores sibi facilè conciliavit. Eodem Anno d. 21. Maji, balneo Bollensi usus spem recuperandæ valetudinis hauserat. Enimverò Cæsareanorum militum in pagum & domum ejus Pastoralem irruentium terror Tubingam expediendæ causa Salutis migrare compulit; ubi recidivam ulicò passus lethaliter decubuit. In Matrimonium duxit Mariam Magdalenam, Wolffgangi Jenischii Mercatoris Filiam, relictis ex eâ quinque liberis. Vir, qui vitam non traxit more inertium fucorum, quibus si decimæ modò salaria rectè procedant, pietatis populo instillandæ cura, aut nulla est, aut exigua. (a) Quæ enim egregiè didicerat, ea non modò vivâ voce Auditoribus tradere, sed monumentis quoque ad posteros! propagare studuit. Amanuensem habuit Jeremiam Mehlfürerum, cui confessionem fidei suæ verbis admodum emphaticis, in literis ad amicum scriptis ad calamum dictavit. Ægrotans patien-

(a) Programma Univers. Tubing.

tientiam dictis Apoc. 2. 10. & Rom. 8. 18. sæpius repetitis roboravit. Vitam hanc mortalem & tragicis plenam malis reliquit sub ipsam horam noctis decimam d. 3. Julii, 1631. ætatis 33. ann. mens. 9. Concione funebri parentavit D. Joh. Ulricus Pregizer ex Rom. 8. v. 18. Programmate honorifico Academia Tubingensis prolecuta est.

Symbolum defuncti erat:

Christmannus Christum docui, colui-
que, mihique,
Omnia Christus erat. Omnia
Christus erit.

Scripta.

Hand-Postill/ das ist/ gottselige eyfrige Betrachtungen der Sonntägl. Evangelien/ Kempten/ bey Christ. Krausſen/ *An.* 1625. in 8.

Biblische *Theologia.*

Geistliche Betrachtung deß Feuer-Zeichens/ so *An. 1623. d. 7. Novembris*, vom Himmel gefallen/ Augspurg/ 1624. in 4.

Tractat von der Rechtfertigung deß Menschen vor GOtt.

Davidicum Justorum Genethliacon. bey der Leichbegängnuß Fr. Ursulä Fusseneggerin/ auß Ps. 31. Augspurg/ 1653. 4.

Nat. 1598.
Cl. 1628.
Ob. 1628.

CHRISTOPHORUS OERTLINUS, Eccleſiaſtes Matutinus Biberacenſis, Stuttgardiæ in lucem editus 1598. d. 13. Octobr. Patre Tobiâ, & Matre Apolloniâ Weigoltina. In Pædagogium Stuttgardianum à Parentibus ductus Ingenii præſtantia Viſitatoribus Scholæ in tantum ſe commendavit, ut ipſum ſtudiis conſecrandum decernerent, & anno ætatis 13. in Scholam Clauſtralem Blabyrenſem ablegarent, ubi ſex annos commoratus in Linguis eos fecit progreſſus, ut Carmina Græca & Latina ex tempore funderet. Inde in Collegium Mulifontanum, & 1618. d. 22. Jan. Tubingam, eodem Anno primam, & 1619. ſecundam lauream primo inter 45. Competitores loco conſecutus. Anno 1620. d. 21. Julii, Repetens Stipendii factus privatum Collegium per quadriennium fructu non contemnendo habuit, diſcipulos in Linguis & Diſputationibus tam Theologicis quàm Philoſophicis exercens. Tubingæ igitur quatuor poſt Magiſterium annis commoratus præſtitis Uraci loco Superintendentis demortui operis vicariis à Senatu Biberacenſi Paſtor & Eccleſiaſtes Matutinus 1624. d. 30. Aprilis declaratus & ordinatus fuit. Conjugium eodem Anno iniit, d. 21. Junii, cum Agnete Stenglederina; Singularibus donis inſtructum, in officio induſtrium, Orthodoxiæ tenacem, Fautorem Scholarum, Præceptorum & Alumnorum, nec minus tamen humilis & manſueti animi fuiſſe, teſtatur Parentator. Fato præmaturo abreptus ex nephritide & lipothymia d. 9. Januarii, 1628. ætatis 30. Pro concione

cione laudatus à M. Michaële Zellero, Diacono, ex Esaiæ 56. cap. v. 13. De Scriptis conferatur, G. Draudius Biblioth. Class. p. 332.

Scripta.

Geistliches *Theologisches* Lust-Gärtlein / das ist / sieben Trost reiche Predigten von unterschidlichen *Materien* / Ulm / bey Johann Müller.

Iter Abrahamiticum, oder Anstands-Predigt zu Bibrach gehalten / auß *Gen. XII. v. 1.* Ulm/ 1624. 4.

Paulus Athleta strenuus, oder Leichpr. über dem Tod / Hr. Johannis Stumpen / Spital-Predigers zu Bibrach / von Münsingen in Würtemberg gebürtig / auß dem Text/ *2. Tim. VI. v. 7. 8.* Tübingen/ 1626. 4.

LEVINUS SUTOR, Pastor Kornwestæ, uno milliari à Stuttgardiâ distante pago, natus erat, an. 1597. gente Tectosagus. *Nat 1597. Ob. 1652.* Studia ubi feliciter tùm in trivio, tùm in Academia excoluisset, ministerium inchoavit in Diaconiâ Blabyrensi, circa annum 1628. Ubi cum Passionem Dominicam carmine Anacreontico Latino sat eleganti descripsisset, eaque Viris Illustris Consistorii Scholam Claustralem sub id tempus visitantibus placuisset, ut de excusione etiam opusculi cogitatum fuerit, in pagum Steussing-Weyler promotus An. 1628. (a) indeque ulterius per belli

(a) *Præf. Fasticul. Myrrhæ.*

tricennalis turbas diversis in locis Pastor constitutus est, donec tandem Kornwestæ subsisteret ; cujus incredibilis ingenii vis (sunt verba J. Val. Andreæ,) (b) & multiplex Eruditio ferè semper latuit, sive infelici fato suo , sive quod surdaster esset & cum adversâ Valetudine conflictaretur, quem postquam ipsi (Andreæ) innotuit , Augusto , Brunsuicensium Duci conciliavit, cujus Harmoniam Evangelicam (Sutor) in Latium transtulit , addiditque Psalterium vario Carminis genere , quâ pollebat venâ , eleganter expressum , liberali stipendio , unde è rebus angustis emersit , à Principe adjutus. Vir (Valentino Andreæ judice,) vitâ longiore & mitiore fortunâ dignissimus, de ipso & familiâ Andreanâ præclarè meritus , quid diu spretus latuit & ignotus , atque maximo illius dolore obiit , d. 25. Febr. An. Chr. 1652. ætatis 55. (c)

Scripta.

Fama Andreana Resloresceus , Argentorati , Anno 1630. 12.

Fasciculus Myrrhæ , sive Exercitia pietatis ex passione Dominicâ. In Singulos libros , Passionum , Dolorum & Asceticorum distributa. An. Chr. 1628. & Illustri Consistorio dedicata. Manuscriptum.

MAR-

(b) *Vita Andr. Manuscripta.*
(c) *Vita Andr. l. cit. ad An. 1652.*

MARTINUS HOCKIUS, Superattendens Specialis & Pastor Stuttgardianus in Xenodochio, Backnangæ oppido Wirtembergico, natus An. 1592. *Nat. 1592. Cl. 1630. Ob. 1636.*

Patris Quæstoris consilio sacris destinatus, purioris fidei literarumque semina tum in scholâ oppidanâ, tùm in Monasticis, atque Universitate Tubingensi felicis ingenii fundo immisit, acceptisque Philosophiæ honoribus consuetis Theologiæ studium tanto cum ardore prosecutus est, ut mox juventuti Scholasticæ in Cœnobio Maulbronnensi fuerit præfectus. Cumque per aliquot annos singulari fide & dexteritate Præceptorem egisset, Diaconiæ Cantstadiensi admotus est; Inde An. 1626. Stuttgardiam ad Leonhardinæ Ecclesiæ Pastoratum promotus, singulari Dn. Joannis Friderici, Wirtembergiæ Ducis, totiusque Civitatis gratiâ & amore adeò floruit, ut certatim ad ipsius Conciones tàm ex Aulâ, quàm ex urbe fieret confluxus. Quare An. 1632. Ephoriam Diœceseos Stuttgardianæ Specialem, junctumque Pastoris Urbici in Xenodochio munus per legitimam successionem adeptus est, ad altiora extra dubium adspiraturus, nisi brevioris fuisset ævi. Erat enim vir doctus & Zelo divino flagrans, maximè contra scorta & fornicationes. Fœdere conjugali sibi desponsaverat Annam Mariam, Georgii Sattleri, Quæstoris Monasterienſis filiam, post illius obitum J. J. Schülino, Cathedralis Ecclesiæ Antistiti, nuptam, ex quâ filium reliquit, hodienum superstitem, Pastorem Gemmeringensem, octuagenario majorem, & filiam Annam Mariam, Johanni Be-

zio, Viro doctissimo, Principis Hæreditarii olim, Johannis Friderici Præceptori & postmodum Archivario & Cimeliarchæ Ducali elocatam, quæ 87. annum attigit, octo liberorum mater, & ex lenis 70. nepotum avia & 42. pronepotum proavia facta. Hockius verò turbulentissimo Ducatus Wirtembergici tempore cœlestem patriam repetiit, d. 5. Junii, An. 1636. ætatis 44. Epitaphium & effigies ejus ut & J. J. Schülini, Successoris in Conjugio, junctim extant in Templo Xenodochiali Stuttgardiano; vernaculo sermone.

Scripta.

LEich-Predigt bey der Leichbegängnuß / *M. Johannis Alberti, Præceptoris* zu Nürtingen / auß *Luc. IV. v.* 16. Stuttgardt / *Anno* 1625. in 4.

Leichpredigt über der Leich deß Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn / Herrn Johann Friderich / Herzogen zu Würtemberg und Teck / auß *Actor. XIII. v.* 36. Stuttgardt / *An.* 1628. in 4.

Leichpredigt bey der Begräbnuß Herrn Johann Georg Hüngerlins / gewesenen vieljährigen Fürstl. Würtembergis. Raths und *Directoris*, auß Ps. 37. v. 5. Stuttg. bey Joh. Weyrich Rößlin / 1630. in 4.

Leichp. über der Begräbnuß Herrn *Christophori* Schmidlin / Ober-Raths-*Secretarii*, auß *Hiob. XIX. v.* 25. 26. Stuttgardt / *Anno* 1633. in 4.

TO-

TOBIAS WAGNERUS, post Pregizeri fata per aliquot annos Procancellarius, tandem utrumque Cancellariatus & Præpositurae munus consecutus, vitæ curriculum cœpit Heidenhemii, Oppido ipsa vetustate celebri, & olim Aras Flavias dicto, Patrè, Georgio, Fabro ærario, & Matre, Maria Reutteria, Ulmensi, An. 1598. d. 21 Febr, Scholas ingressus Triviales in Patria, sub informatione Georgii Laurarii, Præceptoris Classici, eâ felicitate in studio Scholastico cucurrit, ut An. 1616. in Monasterium Adelbergense; 1618. in Mulifontanum; 1621. in Stipendium Theol. Tubingense promoveretur. Ubi per varia exercitia duplicem Lauream, (& quidem alteram, ætatis anno vicesimo quinto, nulla sanè vel profectuum tarditate, vel ingenii: sed quod eruditio tùm non præcocitate magis promotionum, quàm maturitate æstimaretur,) promeritus Theologiæ calles intravit, cùmque in viis Domini partim inculpata vitæ pietate, partim diligenti studio incederet, anno jam 1624. divino nutû & Sereniſſimi indultû, servata legitimæ vocationis orbita ad Diaconiam in Imperiali Esslinga, & successivè per gradus ascendens, An. 1632. ad Pastoratum, præter suammet expectationem & Spem pervenit. Cui Spartæ ultrâ viginti annos magnâ cum dexteritate præfuit, variisque in publicum emissis Scriptis sui famam latè sparsit. Unde Sereniſſimus Princeps eum ab Eslingensibus revocatum, An. 1653. Superintendentiæ Ducalis Stipendii, atque Professioni Theologicæ in Academia Tubin-

Nat. 1598. Cl. 1635. Ob. 1680.

gensi

genſi Ordinariæ præfecit. Mortuô autem Joh. Ulr. Pregizero, An. 1656. Pro-Cancellariatum, tandemque An. 1662. ita ferentibus votis Academici Senatus ipſos Præpoſituræ & Cancellariatus honores clementiſſimè contulit. Quod Officium 18. annos ſumma cum curâ geſſit, 98. Doctoribus, & 691. Magiſtris Licentiam Promotionis impertitus. In Thalami ſociam duxit Catharinam, D. Melchioris Nicolai, Profeſſoris Theologi, tum temporis, & poſtea Præpoſiti Wirtembergici, Filiam, cum quâ totos 46. annos concorditer vixit, genuitque ex ea 16. Liberos, ex quibus Filii duo Medicinæ Doctores facti, & duo Paſtores. Filia verò unica Superſtes, M. Joh. Hafnero, Paſtori tum Kornweſtano, & poſtea Superintendenti Marpacenſi nupſit; Ex omnibus, qui ſuperfuerunt 44. nepotes, & unum Pronepotem vidit. (a) Erat Vir multis in Eccleſiam & Rempublicam Chriſtianam meritis clarus; (b) Theologus pius & cordatus; Orator in ſuggeſtu & Cathedra Profeſſoria non ingans, nec ſiccus, ſed gravis, copioſus & ſucci plenus, qui vel ex tempore Orationem funderet ſatis prægnantem; Philoſophus Rameo-Ariſtotelicus non vulgaris; Hiſtoricus inſignis, & Poëta, præſertim in concinnandis Epigrammatibus ſacris non infelix; Illuſtrium quoque Genealogiarum Scriptor peritus; Præter inſignem quatuor Cardinalium Linguarum notitiam etiam Gallicæ gnarus; A præcipuis Germaniæ Theologis, Miniſtris Evangelicis & Rebuspublicis in Caſibus dubiis plurimùm conſultus, nunquam

(a) *Programma Univ. Tubing.*
(b) *A. Caroli Memor. Libr. IX. p. 248.*

quam sine fructu. Cumprimis verò à Senatu Campidunensi in extremis suæ Rei publicæ turbis multis Sigillis Magistratus & Civium in Judicem Compromiss. exoratus. Sed & à Sigfrido, Comitè Hohenloico in gravissima causa matrimoniali deliberationi adhibitus, & Neostadium usque cum Serenissimi Ducis Eberhardi permissû rhedâ deductus fuit. test. Manuscr. ipsius. De cæterò variis casibus & multorum odio exagitatus. Cum enim An. 1642. Visiones Warneri ex Verbo Dei refutâsset, ab adversario fanatico homine indignis planè modis habitus, famæ suæ defensionem adornare necessum habuit. An. 1643. hominem, qui se Diabolo mancipaverat, Dei gratia in libertatem asseruit; Cumque de eâ re Concionem edidisset, Pontificiis bilem movit, quam Jesuitæ Scripto famoso, sub Rubrica: Simplicis Esslinger. Diaboli. Einfältiger Eßlinger Teufel.) Sannis & Scommatibus pleno in Optimum Virum evomuerunt. An. 1644. d. 5. Febr. Pontificii quidam Abbates, qui tum Claustrum Maulbronnense, Murrhardense, Bebenhusanum, Adelbergense, Regiofontanum, & Lorchense in Wirtembergico Ducatu tenebant per Notarium Cæsarium, ac duos testes, Scriptum virulentissimum, variisque injuriis & comminationibus refertum sub nomine Retorsionis ac defensionis necessariæ in forma patente illi insinuârunt in via publica, quasi Wagnerus in Evangelica Censura Motivorum Besoldi, puncto de usu & abusu Bonorum Ecclesiasticorum in præ-nominatos Monachos & eorum Antecessores Pontificios impudentissima crassissimaque mendacia effudisset, eidem jure meritoque in os regeren-

da.

da. Quibus ille confestim & ore & calamo respondit.(c) Ex Jesuitis peculiarem adversarium habuit Henricum Wagner-Eccium, cum quo coram Illustri Barone de Degenfeld / ad Papismum delapso, collocutus esse fertur de Controversiis Religionis. Anno 1656. in acidulis Deinacensibus cum Joh. H. Hottingero, Professore Tigurensi Calviniano Colloquium habuit amicum, ex quo rumor ortus Theologos Tubingenses cum Calvinianis concordiam iniisse, quem verò ipse Wagnerus postea confutavit.(d) An. 1673. ab Evangelico Magistratu Civitatis Imperialis Augustæ in causa nundinationum diebus dominicis haberi solitarum, sed à Joh. Jac. Bajero, Diacono, publicè damnatarum, consultus, unà cum Sebastiano Schmidio, Theologiæ Professore Argentinensi Augustam Vindelicorum ivit, sententiamque tulit contra Bajerum, quâ tamen Theologis Wirtembergicis haud satisfecit. Unde mox haud exiguæ Wirtembergicos inter & Argentoratenses Theologos turbæ fuissent excitatæ, nisi laudatissimus Wirtembergiæ Princeps Eberhardus III. intuitû suo malum dissipasset omne. (e) Ex Collegis Censorem habuit per acrem, ortâ præsertim inter ipsos Controversia de Immortalitate animæ ex Lumine Naturæ demonstrabili, & de pugnâ inter Philosophiam & Theologiam. Interim ipse octogesimo ætatis suæ anno ad finem currente adhuc incolumis & viribus integer, festo Seculari Academiæ Tubin-

(c) *Caroli T. I. Libr. V. p. 1074.*
(d) *VVagneri Acta Henotica, p. 12. seq.*
(e) *Caroli Libr. VIII. p. 64.*

Tubingensis, in Ecclesiæ & Universitatis Umbone, quasi Pharus aliqua non de nocte, sed de die faculam præferre valens publica gratiarum actione erga Deum tantum beneficium agnovit. vid. Jubil. Tub. II. p. 117. Ad ultimum repetita de Doctrina & Libr. Symbolicis Confessione vitæ metam attigit ad cœlestia morte beata evectus d. 12. Aug. 1680. ætatis, 82. Ministerii, 56. Cancell. & Prof. 27. Symbolum ejus erat: Innocenter, Patienter, & Constanter. Epitaphium scripsit Bened. Hopffer, Philos. Profess. & Eph. Ill. Stipendii:

Hîc, hîc Romanæ requiescit Malleus Urbis,
Hîc Evangelici conditur Orbis honor.
Canitie & gravitate nitens, & fulmine Zeli
Quantus in æternæ syrmate Lucis erit:

Concionem Funebrem ex Apoc. XIV. 13. dixit, G. Henricus Keller, Theol. D. & Prof. Publicus, intimans: Der Kinder GOttes Seeligkeit/ vor/ in/ und nach dem Tod. Quam omninò vide cum Programmate Universitatis, quod Clar. Witten cum scriptis plerisque exhibet, Dec. XVI. Memor. Theol. p. m. 2041. confer quoad Scripta Ephraimi Prætorii Biblioth. Homilet. Indic. Aut. Lit. W. Dominus Serpilius verò, quod mireris, famigerabilis hujus Theologi, haud rarò ab ipso citati, peculiarem mentionem facere neglexit; Sed & Paulus Freherus eum omisit.

Scripta.

Scripta Tobiæ Wagneri Poëtica, Historica & Philos.

Nucleus Passionis Christi duobus Libris Epigrammatum inclusus, Tubingæ, 1631. 12.

Institutionum Historicarum Libri VII. Ulmæ, 1646. 12. 1652. 1653. 8.

Breviarium totius Orbis Geographicum, Ulmæ, Annō 1653. 8.

Limina Genealogica in præcipuas Magnatum Europæ familias, lb. 1653. & 1663. 8.

Compendium Dialecticum nucleum Præceptorum Dialecticorum exhibens, Ulmæ, An. 1658. 1661. 1680. 12.

Theologica.

Exegesis Catechismi Brentiani, in 12. auctoritate Magistratus Esslingensis in Gymnasium introducta.

Diatribe de Personâ Christi cum annexâ Oratione de Incarnatione Filii Dei, Tub. 1654. 4.

Septena Specimina Stellionatuum Wagnerō-Ecclianorum, lb. 1655. 4.

Iniquitates ex judicio Theologico Ernesti de Eusebiis, super pace à Protestantibus desiderata extractæ, sub ficto nomine Irenæi Philadolphi, 1655. 4.

*Lutherus Thavmaturgus Laur. Forero oppositus, * Tubingæ.*

* *hoc Scriptum composuit à Dn. Greidemmanno inductus, qui Eusebianum judicium irrefragabile esse censuerat.*

Astrologia Genethliaca ex Theol. ac Physicis principiis, ipsisque Astrologorum penetralibus destructa, Tub. 1656. 4.

De justificatione Peccatoris coram Deo, Tub. 1656. 4.

Exercitationes: an Lutherani habeant veram Scripturam? Tub. 1658. 4.

Manuductio Polemica Disp. 22. de S Scripturâ instituta, Tub. 1659. 8.

Fasciculus Canonico Theologicus, lb. 1660. 12.

De causis Fidei Salvificæ, Tub. 1663. 4.

Inquisitio Theologica in Acta Henotica, inter Theologos Augustanæ Religionis & Theologos reformatæ Religionis à Reformatis renovata, lb. 1664. 4.

Inquisitio in Oracula Sibyllarum de Christo, Tub. 1664. 4.

De Elencho Morali, Inauguralis R. Joh. Lud. Hartmanno, lb. 1670. 4.

Diatribe de subsistentia Ecclesiæ N. T. sub incommodis, lb. 1673.

Examen Elenchticum Atheismi Speculativi, Tub. 1677. 4.

Disputatio an Christus qua homo & qua Mediator sit adorandus, Tub. 1678. 4.

Dissertatio Revocatoria de Sectis Perditionis in Papatu juxta fundamenta salutis introductis. R. Arbogasto Novesio ante hac Ordinis Carmelitarum Cœnobii Hirschhornensis Priore, Tubingæ, 1678. 4.

De qualitate pugnæ inter Theologiam & Philosophiam, jam dum sub prelo sudans tractatus, sed Authore Augustæ commorante, jussu Principis inhibitus, fiscoque addictus, An. 1671. 4.

Propemticum judicium Theologicum de Scriptis Jac. Böhmii, Sutoris, dicti Teutonici Philosophi, lb. An. 1679. 4.

Orationes.

Panegyricus Memoriæ Joh. Erh. Cellii Med. D. Eſsling. conſecratus, Tub. 1636. 4.

Auſpicia quædam Academica, ſ. Oratio Inauguralis de Scrupulis ſuæ vocationis ad Univerſitatem ut & de dignitate Profeſſionis Theol. Ulm, 1653.

Celebratio Virtutum Barbaræ Sophiæ, Eberhardi Ducis Wirtembergiæ, Conjugis, Stuttg. 1655. fol.

Memoria Rediviva Nobiliſſimorum Guthiorum à Sulz Stuttg. 1657. fol.

Memoria Joh. Ulrici Pregizeri, Cancellarii Tubingenſis, Tub. 1659. 4.

Memoria Danielis Hizleri, Præpoſiti Stuttg. reſuſcitata, Tub. 1661. 4.

Vita Melchioris Nicolai, Præpoſiti Stuttg. Tub. Anno 1662. fol.

Deſcriptio vitæ G. Wagneri, Conſulis Eſslingenſis, An. 1662. 4.

Orationes duæ in Vigiliis Nativitatis Chriſti habitæ, Tub. 1672. 4.

Cippus Eberhardi Ducis. Wirtemb. Tub. 1674. fol.

Memoria Wilhelmi Ludovici, Wirtembergiæ Ducis, Ib. 1677. fol.

Oratio de Oraculis Sibyllarum cum Schòliis notatu valde neceſſariis.

Manuſcriptum.

Scriptum Anti-Böhmianum, de quo D. P. J. Spenerus, ex aliorum quidem relatione ſiniſtrè judicavit, Tom. 3. Conſil. p. m. 944.

Germa-

Germanica.

Concio funebr. über *Annam* Kauffmännin / Leipzig/ 1620.

Conc. fun. in funere Joh. Erh. Cellii, Pastoris Esslingens. ex Es. 5. v. 1. & 2. Tübingen/ 1627 4.

Pfingst-Blum/ oder Erklärung deß Spruchs/ *Joh. III. v. 16.* Tübingen/ 1633. 4.

Eßlinger Traur- Klag- und Trost-Predigten/ Tübingen/ 1636. 4.

Evangelische *Censur* und Wiederlegung der *Motiven Besoldi*, die Ihn zum Abfall vermöcht haben sollen/ Tübingen/ 1640. & 1648. 4.

Theologisches Bedencken von den *Visionen Joh. Warneri*, Heylbronn/ 1642. 4.

II. Regenten-Predigten vom Straff-Amt der Obrigkeit/ Heylbronn/ 1642. 4.

Der Kohl-schwartze Teuffel/ *h. e.* Eine Predigt von- und wieder den Teufel über einen Fall einer Manns-Person/ die sich dem Teufel mit eigenem Blut verschrieben / aber durch GOttes Gnade wieder zurecht gebracht worden/ Ulm/ 1643. 4.

Blut-Predigt vom Blut-Regen / mit was Augen ein Christ dieselben ansehen solle/ Ulm/ 1643. 4.

Christliche Hauß-Ubung deß Würtembergis. Catechismi mit einem Anfang von wiederwärtigen Catechismis der Papisten / Calvinisten und Schwenckfelder / Ulm/ 1644. in 8.

Compendium deß wahren Christenthums / Ulm / 1644. 8.

Consultatio Pacis Germanicæ. Neu-Jahrs-Predigt vom *delibericten* Frieden in Teutschland / *ex Ps. 85. v. 9. 10. 11.* Ulm / 1646. 4.

Evangelische *Theologia Patrum*, Ulm / 1647. 8.

Ehren-Rettung seines über die angegebene Warnerische *Visionen publicirten Theolog.* Bedenckens / Ulm / 1648. 4.

Unvorgreiffliche Propheten-Predigt vom Propheten zu Gerlingen / Ulm / 1648. 4.

Bona Nova de Pace. Friedens-Predigt / *ex Es. XII. v. 1-6.* Ulm / 1648. 4.

Evangelien-Postill *VII.* Theil / Ulm und Tübingen / *Anno* 1650. 1659. 1660. 1671. & 1677. 4.

Evangelischer Prediger Articuls-Brieff / oder Leich-Predigt / auß 2. *Tim. 4. 5.* bey der Leich *Melch. Sylvestri Eckhardi*, *Past.* zu Stettin / Ulm / 1650. 4.

Siebenfältiger Ehhalten-Teuffel vom über Hand nehmen der Boßheit der Ehhalten und Dienst-Botten jeziger Zeit / Ulm / *Anno* 1651. 4.

Leichpredigt über Joseph Hartmann / *Diaconum* zu Eßlingen / 1652. 4.

Eine *Valet*-Predigt zu Eßlingen / und eine *Salve*-Predigt zu Tübingen gehalten / Tübingen / 1653. 4.

Buß-Predigt über den fortsetzenden Erdbidem in Würtemberg / Tübingen / 1655. 4.

Erklä-

Erklärung der Wörter *Salomonis, Cap. XXVIII. 2.* Stuttg. 1657 *fol.*

Historia von der Susanna / und Daniel in XL. Predigten / samt angehängter Predigt von der Kirchen-Busse / Stuttg. 1658. 4.

Casual - Predigten über allerhand bedenckenswürdige schwehre Fälle / Stuttg. 1658. 4.

Epistel-Postill in *II.* Theilen / Tübingen / *Anno* 1660. 4.

Eigentlicher Entwurff der Haupt-*Qualitæten* eines rechtschaffenen Lehrers und *Theologi* aus *Eccl. 1. v. 18. in funere Josephi Demmleri, Theol. D. & Prof.* Tübing. 1660. 4.

Bestättigung der Priester-Ehe / oder Hochzeit-Predigt über Anton. Winter / gewesenen *Professoris* zu Würtzburg / anjetzo zu Tübingen / und Maria Agnes Wurmserin Vermählung / Ulm / 1663. 4.

Türcken-Büchlein / Ulm / 1664. 8.

Predigten von *D. Martino Luthero*, Franckfurt / 1666. 4.

Zauber- und Hexen-Predigten / 1667. 8.

Seegens-Predigt auß Ps. 128. 5. Stuttg. 1668. 4.

Schlacht-Ordnung deß Kampffs der Kinder GOttes / das ist Leichpr. auß *2. Tim. IV. v. 7. 8.* über *Mariam* Freyfrau von Cronegck / *Ib.* 1671. 4.

Concio funebris in funere Eberhardi, Ducis Wirtembergici, ex Thren. V. v 16. 17. *Stuttg. 1674. fol.*

Jubel-Predigt *in Jubilæo Academico*, auß *Syr. L.* 24. & 25. *Tub. 1677. fol.*

Schrifftmäſiges Bedencken von Jacob Böhmen / ſamt angehängten Baum- und Buß-Predigten / auß *Matth. III. 8. 9. 10.* Stuttg. 1682. 4.

Davids Teſtament auß Pſ. 31. v. 6. über dem ſeel. Ableiben Hrn Chriſtoph Gabelkofers / *J. U. L.* und Burgermeiſters zu Eßlingen / Tübingen / bey Dieterich Werlin / 1632. in 4.

N. 1599. *Cl. 1634.* *Ob. 1634.* JOHANNES FALCO, Archi-Diaconus Tubingenſis & SS. Theologiæ Candidatus, in lucem genitus An. 1599. d. 27. Novembr. ex Johanne, Parocho Ober-Jetingenſi, Diœceſeos Wildbergenſis pago, & Matre Suſanna, Zachariæ Gifftheilii, Concionatoris Aulici Neomarckenſis Filia, Stuttgardiæ primùm Literis eruditus, Scholas deinceps Clauſtrales, Hirſoviæ Bebenhuſæque more ſolenni, & an. 1619. Stipendium intravit, factus paulò poſt Artium Magiſter, & elapſis aliquot annis Repetentis Charactere inſignitus. Anno autem 1626. ob variorum donorum præſtantiam Diaconiæ Tubingenſis Eccleſiæ adhibitus, Licentiam ſummos in Theologia honores capeſſendi impetravit, majoribus mox Dignitatibus & ampliori ſparta ornandus, niſi fata anteverſſent. Uxor illi erat Euphroſyna, Matthæi Aulberi, Abbatis Murrhardenſis Filia, genitique ex ea quatuor Filii. Vir, ex Johannis Ulrici Pregizeri teſtimonio (a) multarum Virtutum nec vulgaris Eruditionis. Juxta Johannis Gerhardi, in Academia

(a) *Conc. fun. p. 12. ſeqq.*

mia Tubingensi Medicinæ Doctoris judicium, Vir pietate & virtutibus conspicuus, in Cathedra præco ferventissimus; in pulpitis Academicis disputator argutissimus, & placidissimus. Juxta V. Andreæ Theologus & Vir simplicis pietatis, & eruditionis singularis, quô mundus sane indignus erat. vid. Vitam Andr. Manuscriptam ad Annum 1634.) Zelotes contra scelera cujusvis generis, maximè verò contra pejerationes & blasphemias. Concionator ut ex Scriptis elucet, perspicuus, & quod rarius est, insimul brevis ac rotundus. Polemicum quoque insignem fuisse ex variis disputationibus sub præsidio Theod. Thummii, defensis, colligitur. Moribundus Ecclesiæ suo nomine publicè ex suggestu benedicere jussit. Medio Vitæ Munerisque curriculo abreptus, omine parùm fausto, ante cladem Nördlingensem An. 1634. d. 24. Febr. ipso Matthiæ Festo. Defunctum Academici certatim carminibus prosecuti sunt, nominatim M. Bernhardus Dieterlin, Poëta excellens, & H. F. Flayder, Poëseos Professor. (b) Concionem fun. habuit, Joh. Ulr. Pregizer ex Luc. XXIII. v. 46.

Scripta.

Mayen-Blümlein / oder Leichpr. über *Georg. Christ. Pergerum, Studiosum Juris ex Sap. II. v. 7. Tub. 1627. 4.*

Leichpr. über Joh. Frid. Gebhardin / eines *Studenten* / der zu Tod gefallen / *Marc. XIII. 33. Tub. 1629. 4.*

(b) *Vid. Justa funebria à Zacharia Schæffero persoluta plur.*

Threnodia ſ. Thränen-Predigt / Pſ. 56. v. 9. Tübingen / 1630. 4.

Leichpr. über *M. Balthaſ. Elenbeinz, Stipendiarium.* *Pſ. 17. 15. 1630. 4.*

Roſen-Predigt auß dem Hohen-Lied *II. v. 2.* über dem Abſterben Fr. Annä Mariä Jac. Andlers / *J. U D.* Haußfrau / *lb. 1630. 4.*

Geiſtl. *Contrafait* oder Abbildung unſers liebſten HErrn und Heylands JEſu Chriſti / bey dem Tod Ludwig Härings Kunſtmahlers / auß dem Hohenlied *V. 10-16. lb. Anno 1632. 4.*

Heu-Predigt ex *Eſ. 40. v. 6. 7. 8. lb. 1633 4.*

Schnee-Predigt / Pſ. 147. Preiſe Jeruſalem / 1632. 4.

Ymmen-Predigt / Jud. 14. von Simſon / *An. 1633.*

Juſta Leibfridiana, oder Leichpr. bey der Leich Joh. Chriſt. Leibfrids / *J. U. D. ex Pſ. 37.* Befihl dem HErrn / *lb. 1633. 4.*

Hochzeit-Predigt vom güldenen Weib / ex *Syr. XXVI. Tub. 1633. 4.*

Majus Nuptialis Hochzeit-Predigt / Pſ. XXIII. *An. 1633. 4.*

Leichpr. ex *Marc. XIII* über das Wort: Wachet / bey der Leich Nicolai Ochſenbachs / Commendanten-Ehfrau / Tüb. 1633.

Geiſtl Wehr und Waffen / Eph. 6. bey der Leich Joh. Breunings Corporals / *Anno 1633. 4.*

Sympathia ſummi Sacerdotis N. T. Hebr. V. 2. 3. bey der Leich / *Annæ, Samuelis Haſenrefferi* Ehfrau / Tüb. 1633. 4.

Hoch-

Hochzeit-Predigt/ *Cant. II.* 5. Tüb. 1634. 4.
Christi Sieg und Triumph/ auß *Es. LXIII.* bey der Leich Joh. Wilhelm von Wildenau/ Schwedischen *Capitain-Lieutenants*, 1634. 4.
Die *Litanie* erklärt/ 1634. 4.

MELCHIOR SYLVESTER ECKHARDUS, Ecclesiæ Stettensis Pastor, natus erat Kircho-Tecciæ, An. 1600. d. 2. Augusti, Parentibus honestis, posthumus progenitus, posthumum itidem post obitum reliquit. Propter Ingenii excellentiam Scholis Trivialibus & Claustralibus admotus, An. 1617. Adelbergam, an. 1619. Maulbronnam, & an. 1621. Stipendium Ducale Tubinganum cum Alumnis Commilitonibus intravit. Artium Magister factus an. 1623. inter 39. Candidatos primum locum reportat, & ob egregiam Poëseos culturam à Joach. de Grünthal, Illustris quondam Collegii Ephoro Superiore & Comite Palatino Cæsareo, laurû Poëticâ coronatur, à quô tamen titulo modestè abstinuit. Inde Repetentis officium eâ cum laude gessit, ut jam tùm pro Candidato Theologiæ meritissimo haberetur. An. 1628. è Stipendio Ducali Biberacum, Imperialis Libertatis Oppidum, ad matutini Concionatoris Spartam evocatus, Pontificios eo loco resiliduos masculè refutavit. Eamque ob causam iis insidiis est petitus, ut manifestum vitæ periculum declinaturus stationem relinquere cogeretur, An. igitur, 1634. in Patriam revocatus Superintendens & Pastor Tuttlingensis declaratur. Verùm & illâ statione per ingruentem famis & belli vim exclusus,

Nat. 1600. Cl. 1645. Ob. 1650.

An. 1635. Wendlingæ, propè Kirchhemium, cum alius locus non vacaret, aliquandiu consedit, usque dum An. 1639. ad Parochiam Stettensem, nobilis in Valle Rhemsana Pagi, transferretur. Qua ultra decennium, multis sub afflictionibus administratâ, Stuttgardiam citatus Concionem habuit in Sacello Ducali, haud inani Spe altioris promotionis, quam autem mors interveniens sufflaminavit. Cæterùm & à Comitibus Limpurgensibus Superintendentia Gaildorffensis illi fuerat oblata, quam tamen suis de causis acceptare noluit. Ex Conjuge quam Anno 1628. duxerat, Maria, 15. suscepit Liberos, relictâ inter eos, uti dictum, posthumâ etiam prole. Vir, ex B. Wagneri testimonio, admodùm pius, eruditus & diligens; imò Virorum optimus, eruditione præstantissimus, judicio rerum Theologicarum exactissimus, ingenio laboriosissimus, calamo tersissimus, mentis quoque candore hoc ipso fucatissimo Seculo erga proximum niveus, & fortè plus, quàm ei profuerat, animo apertus. vid. Dedic. Christ. Relig. Cæterùm propter eximios Ingenii fœtus celebris, magis tamen apud exteros, quàm in Patriâ, ubi ejus Libri sunt rariores: Clar. Witten Memor. Theol. Dec. VII. p. 754. de eo sic scribit: Virum planè insignem, & in publico bono, sub novi Seculi initium Splendidissimi instar Sideris exortum, inter illustres omnis ævi Theosophos jure meritoque collocamus. A Pontificiis, cum Stettensi Ecclesiæ præesset, ad internecionem etiamnum quæsitus in Vinea, ubi in tugurio Studiis vacare solebat ex altissimâ rupe se præcipitem dare necessum habuit, ut hostibus effugeret, præsentissimo vitæ; etiam ex Saltu pericu-

periculo, nihilominus Dei gratiâ evasit incolumis, Libro Concordiæ subscripsit Districho sequenti:

Huîc, si Fata velint, subscribam Sanguine Libro;
Interea testis sit mea dextra manus.

Vitam in Domino posuit ex plevritide An. 1650. d. 21. Junii, ætatis, 50. Ministerii, 22. Concionem funebrem Tobias Wagnerus habuit ex 2. Tim. 4. v. 5. quam vide p. m. 30. seqq. confer Pauli Freheri Theatrum Virorum Illustrium, p. 552. & Clariss. Serpil. Epitaph. Theol. Suev. p. 16. De Scriptis videatur Ephraim Prætorius in Indice Biblioth. Homileticæ, H. Witten loc. cit. & D. J. F. Majer, Theologus Excellentissimus, qui Eckhardum vocat Scriptorem religiosissimum, & Scripta ejus Cedro digna, in quibus Scholam Conscientiariam aperuit, vid. Biblioth. Theol. Mor. in Compend. Ægid. Strauch. p. m. 311.

Scripta.

STudiosus Theologiæ, h. e. *Fidelia Monita ad S. S. Theologiæ & Scripturæ studium sanctè auspicandum, devotè continuandum, adeòque Praxin cum Theoria feliciter scitu & observatu perquàm necessaria & utilia. Nec non Hypomnèmata, Oratori Ecclesiastico in concinnandis & exhibendis Concionibus neutiquam contemnenda, ex præstantissimis Scriptoribus excerpta, & breviter contracta, Ulmæ, 1651. 1668. in 8.*

Christia-

Christianus Religiosus, h. e. Quæstiones Theologicæ de Casibus & Dubiis cujuslibet Christiani, cujuscunque ferè ordinis & statûs in quâvis vocatione, actione, sorte & conversatione Conscientiam concernentibus ex Verbo Dei & Præstantissimorum Theologorum Scriptis congestæ & enodatæ, Ulmæ, 1651. & 1668. 8.

Pastor Conscientiosus, h. e. Variæ Quæstiones de rebus dubiis Ministri personam propius tangentibus, in quarum enodatione, rejectis iis, quæ Verbo Dei, Constitutionibus Ecclesiasticis, ædificationi Ecclesiæ, atque propriæ, aliorumque conscientiæ adversantur, multa ad salutarem praxin apprimè facientia succinctè proponuntur, Ulmæ, 1651. 1668. in 8.

Genuinus Christianus, sive Ethica Christiana, lb. Anno 1651 8.

Epigrammatum & Anagrammatum Libri cum Emblematibus de vita hominis, Ulmæ, 1651. 8.

Kirchen-Freude / als die betrangte Evangelis. Kirche zu Bibrach wieder in die Pfarr-Kirche *solenniter* eingeführt ward / über den 122. Ps. Ulm / 1632. in 4.*

JEsus Christus der vollkommene und ewige Hoherpriester in *V. Passions*-Predigten / Ulm / 1651. 4.*

Gotteslästerer / Tübingen / 1655. 12.*

Evangelien Postill / Tübingen / 1666. 4.*

Andächtiges Seelen-Geschrey / und Hertzens-Seufftzer.

Gedancken-Weiser / das ist / kurtze Anleitung was ein Christen-Hertz bey den Wercken GOttes behertzigen solle.

Thränen-

Thränen-Tüchlein. *
Frühmorgens-Weckerlein / das ist / Bericht insgemein vom Gebett zu Hauß / oder in der Kirchen. *
Deß leydigen Teufels Kunst- und Buben-Stücklein entdecket und außgemustert. *

CHRISTOPHORUS LINDEN-MEJERUS, Abbas Hirsovianus & Generalis Superintendens Adelbergensis Mundum ingressus est Heidenhemii die 15. Octobr. 1602. Patre Martino, Consule, Matre, Annâ Hartmanniâ Consulis in Patria Filia; Cum Puer in Schola Waiblingensi triennium & Stuttgardiæ in Pædagogio triennium egisset, porrò 1620. in Collegium Blabyrense, 1624. in Scholam Ducis Wirtt. Cœnobialem & 1627. Tubingam inter Stipendiarios clementer promotus est. Ibidem 1628. Magister renuntiatus, locum honestum obtinuit & 1631. Repetens Musices & brevi post Professor Musices tactus, in Collegium Professorum Tubing. receptus est. 1633. ad Verbi divini Ministerium Öhlbronnæ in Diœcesi Maulbrunnensi vocatus, mox anno seq. turbis bellicis ingruentibus in exilium cum suis migrare coactus est, quem nobilis Vir Eberhardus à Sitzingen in arcem Land-Stuel vocatum suscepit. 1635. in Patriam reversus Bessighemii Diaconus & 1636. Pastor Ecclesiæ Wahlheimensis declaratus est. 1649. Cùm Heydenhemium ejus Patria lucem Evangelii recepisset, eò vocatus Concionator & Superintendentis Specialis munus suscepit. 1657. Duce Wirtembergico clementer sic ordinante,

Nat. 1602.
Cl. 1645.
Ob. 1666.

dinante, Generalis Superintendens Denckendorffensis, & brevi post Abbas Regiofontanus declaratus est. An. 1660. Prælatus Blabyrensis, & demum 1665. Abbas Hirsaugiensis, & unà Gen. Superint. Adelbergensis constitutus est. d. 13. May, 1633. unà cum Minîsterio conjugium ingressus est cum Virgine Agatha, D. David Megerlini, Syndici Campidonensis Filia, ex qua 9. suscepit liberos, ex iisque 5. vivos reliquit superstites, M. Christophorum, Pastorem Ecclesiæ Oberstenfeldæ, Agatham, M. Joh. Frid. Fabro, Diacono Herrenbergensi nuptam, M. Joh. Leonhardum, & Joh. Davidem, Stipendiarios Tubingæ, cum Virgine Sabina. Interea multis morbis afflictus, cum tandem lecto decumbere coactus fuisset, totus divinæ voluntati deditus, placidè expiravit Hirsaugiæ d. 19. Jul. 1666. æt. 64. Min. 33. Justa Parentalia fecit Christianus Betulius Præceptor & Ecclesiastes Collegii Hirsovienſis ex Ps. 42. v. 2. 3. 12. Epitaphium Anagrammaticum adornavit M. Joh. Melchior Kausler.

M. Christophorus Lindenmayer/ Abbas Hirsencovianus.

Ἀναγραμ.

Vir virens, Coronam in Cœlis partam habebis, ast dignus eris.

Ἐπίγραμ.

Vir pietate virens terris, nunc ecce Coronam
In Cœlis partam semper habebis ovans!

Ast

Ast quoque dignus eris: Te dignum fecit JEsus,
Quem dixerunt, voxque fidesque tua.

Vid. Conc. fun. p. 55. & P. Freheri Theatr. p. m. 663.

JOSEPHUS DEMLERUS, D. & Pr. P. Ord. Tub. Acad. natus erat, Anno 1603. Thermis ferinis Patre Præfectô ejusdem nominis, Matre Annâ Magdalenâ Friauliâ, ex Hungaricâ Familia. *Nat. 1603. Cl. 1650. Ob. 1659.* Maturè in Scholam Calvensem & exinde in phrontisterià Monastica ablegatus anno 1625. primam Lauream, & 1627. secundam cum palmâ primatus inter 40. Competitores reportavit. Repetentium dein septenario adscriptus paulò post Ministerium Dagershemii, Diœceseos Böblingensis pago subiit, ex quo porrò circa Annum 1630. Pastoratum Feuerbacensem propè Stuttgardiam, & post illum Superintendentiam Bieticanam consecutus. Inde coram Serenissimo suum concionandi Talentum cum aliis periclitatus, ut in aulam ad Ecclesiastis Officium adscisceretur, brevi post An. 1653. ad Ecclesiæ Tubingensis Pastoratum & connexam Theologiæ Professionem fuit promotus adsumto pro more Doctoris Theologiæ axiomate. Conjuges successivè tres duxit primam Annam Margaretham, Conradi Cellarii, Viri celebris Filiam, octavâ quidem, sed deciduâ prole fœcundam. Alteram Susannam Schrötliniam; Tertiam, Mariam, Pauli Bibersteinii, Magistri Domûs & Græcæ Linguæ Professoris Viduam, ex quâ superstites Patri fuere Filius unicus & Filia unica, D.

Christo-

Christophoro Caldenbachio, Eloquentiæ Professori elocata. (a) Vir erat Ingenio egregio, judicio acri, gravitate verendus, vultu ad severitatem composito, tectus hostibus, apertus amicis, sermonum parcus. in dictis & promissis non muliebriter varius, præcipuè verò insigni facundia eo usque præcellens, ut Tubingensium Chrysostomus vocaretur; Patientiæ denique Exemplar, quippe qui cum vario morborum genere conflictabatur jugiter. Unde factũ ut quibusdam visus fuerit justo austerior & solitudinis affectantior. (b) Obsignatâ perpublicam Confessionem doctrinâ, ex hæmorrhagia placidissimè obdormivit, an. 1659. d. 28. Nov. æt. 55. Ministerii circa 29. Symbolum ejus erat: Patiar, ut potiar.

Christophorus Wölfflin, D.

in

Obitum Josephi Demleri.

Mellea Consensu miro se gratia fudit
In Cathedra Demmler quando locutus erat.
Hanc Suadam Tubinga sibi dum luget ademtam,
Eloquio parilem vix dabit ulla dies.

Concionem Exequialem D. Tobias Wagner/ Cancellarius ex Eccles. I. v. 18. Orationem Parentalem B. Raithius habuit, quas vide.

JOHAN-

(a) *Vid Conc. fun. à Tob. VVagnero habitam, p. 29.*
(b) *Balthas. Raithii Orat. Parent. p. 5 seqq. add. Progr. Univ. Tub.*

JOHANNES CONRADUS ZELLERUS, Ser. Conſiliarius, Monaſterii Bebenhuſani Abbas & Superintendens Generalis, prodiit in Mundum Heidenhemii 1603. d. 4. Julii, ex Patre M. Johanne, Diacono & poſtea Paſtore Rothfeldenſi, ſingulari inter alia hoſpitalitate paſſim ante hac noto ac celebri, Matre Beatrice Bloſſia. Domi primùm ſub cura Parentum in primis pietatis ac literarum rudimentis gnaviter eruditus, altiorà in Schola Leobergenſi, nec non anno ætatis 14. in Collegio Alumnorum Hirſaugienſi & biennio poſt in Bebenhuſano imbibere cepit; Unde in Academiam & Stipendium Tubingenſe promotus, poſt acceptam anno 1625. Laurum Philoſophicam Secundam, quarto inter Competitores loco, Theologiæ Studium pertractavit, factus anno 1627. Diaconus Wildbergæ per quadriennium, deinde verò Paſtor ibidem & Superintendens per novendecim Annos. Quibus exactis ad Epiſcopiam Vaihingenſem Specialem, & ſeptennio ibi commoratus ad Abbatiam Murrhardenſem, Anno 1657. denique ad Præſulatum Bebenhuſanum, conjunctasque Quadrum Viri Generalis & Aſſeſſoris in Senatu Provinciali dignitates evectus, iisdem ex voto immortuus eſt. Matrimonium contraxit tertia vice, primò cum Anna Maria Eſſichia, Conſulis Bulacenſis Filiâ, deinde cum Blandina Grückleriana, tertiò cum Juditha, Jeremiæ Schwarzii, Paſtoris Altdorffenſis, gnata, cum quibus quatuordecim Filios Filiasque genuit, factus ex iis 44. Nepotum Avus. Maximus natu è Filiis, *Nat. 1603. Cl. 1650. Ob. 1683.*

Dominus Joh. Jacobus, Superintendentem hodiè agit Lauffenſem. Filiæ verò Viris non poſtremi Nominis elocatæ, videlicet prima Joh. Baurio, Paſtori; Secunda Georgio Balthaſari Raithio, Brackenheimenſium Superintendenti; Tertia, Georgio Conrado Brodtbeckio, Kircho-Teccenſium Decano; quarta Joh. Henrico Sturmio, Juris-Conſulto & Provincialis Curiæ Syndico celeberrimo placidè nuper defuncto. Erat juxta Programma Univerſitatis Tubingenſis, Vir, cujus in Sacro Munere inexhauſtus labor & induſtria effecit, ut non pauca ei Opera, quæ ſingulari Judicio ac dexteritate ſcripta poſteritati relinqueret, Sereniſſimi Juſſu committerentur, qualia ſunt Inſtitutiones Catecheticæ, ab Initio per totum hunc Ducatum, ut non ediſcerentur tantúm, ſed & publicè ex ſuggeſtu prælegerentur, introductæ. Cum verò prolixiores viderentur, quàm pro captu diſcentium, paulò poſt in Epitomen, quæ adhuc dum in Scholis & Eccleſiis Wirtembergicis publicam obtinet authoritatem, redactæ fuerunt. Prælectio autem è Cathedris poſt ſeptendecim Annorum decurſum exolevit. Summaria Biblica cum B. Heinlini Operibus in Lectionibus Veſpertinis Sabbathicis etiamnum vigent. Confeſſio de Sabbatho ex occaſione Certaminis Auguſtani cum Joh. Jac. Bajero, Diacono, publico nomine itidem exarata, cui accedunt Commentarii in Poſtillam Eccleſiaſticam B. Lutheri. Sed & in Auguſtanam Confeſſionem egregium laborem & alia Opera jamdum inchoaverat. Cæterùm Eleemoſynis, hoſpitio & menſâ ipſâ in egenos & Exules erat liberalis. Ingeniorum præſertim præſtantiorum Fautor ac Promo-

tor

tor munificus; testante id ipsum dispositione Testamentariâ. Prudentiam, Vigilantiam, assiduitatem in muneribus; ardorem pietatis, fidem erga domesticos, & patientiam in adversis idem programma commemorat. Ex occasione editæ Confessionis de Sabbatho, gravem cum Tob. Wagnero & Schmidio Controversiam habuit, quæ in tristem Ecclesiæ Lutheranæ συρραξιν erumpere potuisset, nisi Princeps sapientissimus Eberhardus intuitu suo malum dissipâsset. (b) Numerum septenarium sibi observaverat per dies vitæ undiquaque felicem. Vitæ Curriculum absolvit Bebenhusæ An. 1683. d. 12. Martii, ætatis 80. Ministerii. 57. vid. Programma Universitatis Tubing. suprà citatum. Funus Concione solenni ex 2. Tim. IV. v. 18. prosecutus est Dominus M. Ernestus Conradus Reinhardus Colleg. Bebenh. Præceptor hodiè Abbas Alpirspacensis.

Inscriptio cippi talis est.

REquiescit sub hâc cellâ Vir Maximè Reverendus & Amplissimus Dominus Johannes Conradus Zellerus, Theologus consummatissimus annis, conjugiis, officiis, meritisque in Patriam, Ecclesiam, Scholasque & Vir

(b) *Manuscriptum infra citatum.*

tutibus longè clarissimus natus Anno 1603. d. 4. Julii, denatus Anno 1683. d. 10. Martii octuagenario paulò minor, trium successivè conjugum Maritus, 15. liberorum Parens, 45. Nepotum Avus. Abbas hujus Monasterii per 23. annos dignissimus. Provincialium Ordinum Assessor & tandem Senior fidelissimus, Generalis Superintendens Vigilantissimus, Sereniss imique Ducis Consiliarius prudentissimus. Qui Patriam, Ecclesiam Scholasque plurimùm juvit. Cæterùm pietate in Deum, fide in Salvatorem, Charitate in suos, beneficentia in proximum nulli ferè posthabendus. Ob hoc ipsum magnum apud omnes pios desiderium sui relinquens. Ita satur vitæ hujus post tot in Ecclesia militante exantlatos labores, saturari quorum voluit & Ecclesiæ triumphanti jungi. Voti hujus compos factus Anno, mense, die quo supra. Cu-

jus

jus memoria sit in BENEDICTIONE.

Scripta.

*L*Utheri redivivi Kirchen-Postill/ oder Theologisches Schatz-Kästlein von XII. unterschiedlichen Fächlein / Stuttgardt / Anno 1667. in 4.

Summaria oder kurtze Außlegung der Bücher Mosis / Josuä / Richter / Ruth / Samuels und der Könige/ Stuttgardt/ 1667. 4.

Summaria der Bücher der Chronica, Esræ, Nehemiæ, Ester, Hiobs, deß Psalters / der Sprüchen / deß Predigers und Hohenlieds Salomonis/ Stuttgardt/ 1669. 4.

Summaria der Bücher Judith / Weißheit / Tobiä/ Syrachs/ Baruch/ Maccabäer/ Stuck in Ester und Daniel/ Stuttgardt/ An. 1672. in 4.

Wiederhohlte Christliche und beständige Bekanntniß der Würtembergischen Kirchen von dem wochentlichen Sabbath deß Neuen Testaments/ Tübing. 1672. 4.

Catechetische Unterweisung zur Seeligkeit oder kurtze Außlegung deß Brenzischen Catechismi, Tübingen/ 1680. in 8.

Manuscriptum.

Noch vöst. stehendes der wahren Evangelischen Kirchen im Hertzogthum Würtenberg Bekannt-

kanntniß von dem Wochentlichen Sabbath im Neuen Testament entgegengesetzt der *Censur* Hr. *Dr. Tob.* Wagners / *Cancellarii* zu Tübingen / *fol.*

Nat. 1603. *Cl. 1645.* *Ob. 1686.* JOANNES GEBHARDUS, Ecclesiæ Rötelanæ in Marchionatu Durlacensi Antistes & Vicinarum Superintendens, patriâ erat Wirtembergicus, Custerdingæ, pago Tubingæ vicino, qui & J. U. Pregizerum Cancell. tulit, in lucem editus nono Calendarum Januarii, An. 1603. quo insignem Theologum, Ægidium Hunnium, vix secundum & quinquagesimum annum supergredientem, multo cum dolore amisit Ecclesia. Patrem habuit Ludovicum Gebhardum, qui eo tempore Ecclesiæ Custerdingensi fuit à Sacris, matrem Scholasticam Mariam, Israëlis Wielandi, Pastoris Tuslingensis Emeriti, suprà laudati, filiam. Ille divinus Senex Tubingæ tùm degens hospitium nepoti præbuit, ut Scholæ oppidanæ A. ætatis 9. insertus cum fundamentis veræ pietatis in Romanæ Græcæque linguæ cognitione quàm maturrimè proficeret. Martiniano deinceps Collegio addictus cùm annum ageret 17. exactò in ampliſſimis scientiarum campis integro triennio, mirifico totius Collegii Philosophici applausu Magister artium publicè renunciatus est. Quadriennium prope in Theologiæ cursu confecerat, cum ad obeundum in Ecclesiâ officium non idoneus tantùm, sed dignus maximè videretur. Maluit tamen ille prius informatione juventutis se exercere. Quamobrem operam suam eâ in re locavit honestissimo

cuidam

cuidam in urbe Imperiali Reutlingâ civi, quo ſimul & Patri factus eſt propior, qui Eccleſiam Offterdingenſem non procul ab eo loco túm gubernabat in quâ orandi ad populum exercitiis frequenter defungi atque ita ad futura ſacra Miniſterii opera poterat quaſi præludere. Anno 1626. ætatis 23. menſe Aprili Durlacum adiit, cumque peteret ſacro iſtius Marchionatus Miniſterio inſeri, juſſus ante omnia eſt vitæ in Academiâ rectè probèque actæ adferre teſtimonum. Tubingam itaque remeans atque ultrò ſe Theologorum Examini ſiſtens & ampliſſimum Encomium & ſyſtaticas ad Sereniſſimum Principem, Fridericum Quintum Marchionem Badenſen, impetravit literas. Quocirca ineunte menſe Mao, explorata à Conſilio Eccleſiaſtico, quam imbibirat doctrinarum Theologicarum & dicendi pro ſuggeſtu ſcientia & reſponſionem ad Collegium Tubingæ Theologicum prorſus honorificam & ob rem in Examine ad omnium vota ſolidè maſculèque actam, ſpem ad functionem ſacram indubiam proximamque promeruit. Quâ ita potitus eſt, ut quinto poſtmenſe ad Miniſterium in urbe Marchionatus Principæ, Durlaco, obeundum, quod Diaconatum veteri formâ vocant, revocaretur. Serpere eopſe tempor: peſtilens ibi loci lues cœperat, quo in confeſſo eſt, fidem ſacerdotis, pietatem, patientiam, induſtriam, conſtantiam imperterritum adverſus præſentiſſima vitæ pericula animum, ſi unquam alias maximè elucere. Harum virtutum ſanctitate creditì à Deo officii tyrocinia tanto cum auditorum ſuorum applauſu conſecravit, ut nemo fuerit, quin & eundem amaret plurimum & magna quævis atque

ſingularia de eo ominaretur. Eorum etiam, qui Eccleſiæ tùm negotiis præfuerant, animos, eo ſibi nexu addixit, ut de provehendo ornandoque Viro, quem Eccleſiæ quondam præſidio decorique natum factumque videbant, ſerio totoque animo cogitarent Quapropter eundem elapſis quinque annis Eccleſiæ Badenwilanæ (loco à calidis & ſalubribus aquis haud incelebri,) iterumque poſt confectum ibi octennium Blanſingenſi, quem locum quater mille paſſibus Baſilea diſtantem nobilioris vni proventus commendat, præfecerunt. Tanden Anno 1654. Novembri Menſe ad Eccleſiæ Rœtelinæ & quotquot eidem, tanquam filiæ matri ſuæ, antiquo more inſertæ ſunt, curam vocatus ad extremum usque Spiritum huic officio præfuit, tametſi Chriſtophorus Zellerus & magni Jacobi jam tum fanæ celebritate haud inferior nepos, Joh. Val. Andreæ, eo tempore, quo Marchionatus innumeris inaudtisque bellorum malis exercebatur, ad ambiendum in patriâ Wirtembergiâ officium iteratis epiſtolis ſeriò graviterque invitarint, collatis etiam in unum alterumque filium ad fortius demerendum Patren, ſtudiorum beneficiis. Ipſi nihilominus potior conſcientiæ, potior Eccleſiæ Marchicæ, potior Numinis ratio fuit. Uxorem ſibi legitimis nuptiis Blabyræ in Ducatu Wirtembergico junxit, A. M.DC.XXVI. menſe Novembri, Annam Mariam, Bernhardi Brothagii, Paſtoris Aſchenſis in diſtrictu illo, ex Anna Holderinâ, ſingularis fidei ac pietatis virtutumque præſtantiſſimarum filiam, ex quâ liberos omninò ſedecim ſuſtulit. De quibus ſeni tantum parenti ſuperfuerunt. Nepotes vidit octoginta, pronepotes ſeptem,

ſeptem, quo nomine & gaviſus ſibi eſt vehementer & gratulatus de iſtâ prærogativâ, quæ oppidò paucorum eſt, & non niſi Dei ſingulari indulgentiâ contingit. Filii magnam partem Verbi Miniſterio adhibiti ſunt, cum Jeremias, Paſtor Niderchenheimenſis, Ludovicus, Münſingenſis in Wirtembergiâ, Bernhardus, Veldbergenſis, Johannes, Badewilanus & Paulus, Biſchoffingenſis in patriâ evaſerit. Filiarum una, Maria Juditha, Matthæo Eſenweinio, tùm Diacono Uracenſi & poſt geſta alia officia Abbati Hirſaugienſi nupta, nepotem Patri dedit, Dominum Matthæum, ob ſingularem eruditionem ſpirante adhuc avo ſtudioſæ Juventuti in Monaſterio Hirſaugienſi præfectum, hodiè verò Superattendentem Calvenſem. Alia Catharina Samueli Brothagio, Superintendenti Suſenburgico elocata. Tertia Michaëli Deslero, Paſtori Mülheimenſi. Cæterùm & in eo felix erat Gebhardus, quod laudum ſuarum præconem Magnif. Dominum Fechtium Theol. olim Durlacenſem, nunc Roſtochienſem invenit, qui admodum prolixâ & exquiſitiſſimâ Oratione donorum ejus præſtantiam, animi robur & formam ſpectabilem deprædicavit. Erat ei, ait Dominus Fechtius inter cæteros Elogiorum cumulos, ſolers ingenium, velox ad diſciplinas quascunque arripiendas & judicium, ſi cui alii, in feliciore naturâ limatiſſimum ac propè divinum; induſtria in legendo, in ſcrutando, in meditando, quod de Origene quondam dicebatur, ærea; memoria fida atque tenax. His præſidiis eruditionis Theſaurum ingentem ac verò dixerim inæſtimabilem, quanquam omni pompâ carentem, ſibi comparabat. Nam

tantæ modeſtiæ ac probitatis erat, ut vix exemplum majus aut abſolutius dari poſſit. Par ei erat oris promtitudo ad exponendas explicandasque vel intricatiſſimas jurgiorum ac litium ambages. Nam & negotiorum atque controverſiarum cardinem ſine cunctatione cepit & ſine faſtidio definivit. Parvo contentus vixit, nulli invidens divitias operoſiores. Perpetuo virtutum exercitio benignitate in amicos, munificentiâ in egenos, hoſpitalitate in advenas & parcâ familiæ annuos reditus facilè exhauſit. Avaritiæ, quod domeſticum ſacri Ordinis malum in proverbium abiit, & turpis lucri infenſiſſimus hoſtis. Patientiam caſus domeſtici infortunii non vulgares exercuerunt. Aſperius quîppe fatum Viri fuit, quod majorem liberorum ſuorum partem, nonnullos infelici caſu, alios morte quidem naturali, ſed in ætate adultâ conſtitutos turbato mortalitatis ordine, amiſit, tumulavit, deflevit. Illud verò exemplum omni doloris ſenſu majus, omni animi cruciatu luctuoſius. Dederat ultimam natu filiam in matrimonium, Michaëli Deslero, Uratislavienſi, viro ſolidâ rerum Theologicarum ſcientiâ imbuto & ad veræ pietatis probitatisque exemplum compoſito. Is tum Eccleſiæ Schopfheimenſi affinis ſui, Samuelis Brothagii, Diaconus, operam locabat, ſed paulò poſt fama de Eruditione & Virtutibus Viri percrebeſcente, primo templo Durlacenſi ad SS. Trinitatem deinde Principis favore ampliſſimæ Eccleſiæ Mülhemenſi dabatur Antiſtes. Sed verò militis tùm provinciam Superiorem infeſtantis, furore compulſus, Baſileam transferre familiam decimâ jam ſobole auctam, ibique ſpe futuræ pacis erigere ani-

animum ægritudine fractum, debilitatumque cogebatur. Qua pactis Neomagi induciis, commodum affulgentes, remeare Rheno ad ſuos, navi Neoburgum, quod oppidum eſt uno tantum alteròque lapide Mülhemio diſtans) tendente, conſtituerat quidem ſed ô ſtupenda animis noſtris admirandi Numinis fata! lembo, quo vehebatur, Rhenovillam inter & Bamlacum infelici naufragio, aquam hauriente, ipſe una cum uxore, filiis duobus, duabusque filiabus, ne inventis quidem unquam ipſius & filiarum corporibus periere. Erat de cætero in Gerhardo, quando & id ad authoritatem conciliandam pertinet, ſumma corporis dignitas, ſtatura ſupra mediocritatem procera, facies ſubnigra, inceſſus gravis, in adſpectu ſeveritas, ſed humanitati & comitati conjuncta, macilenta quidem, ſed concinna corporis membrorumque habitudo, in ſermone lepor ſimul & brevitas, robuſta ad extremam usque ætatem firmitas & valetudo, quam moderato cibi potusque uſu nutrivit. Sed in hoc corpore anima longè pulcrior, longè nobilior in Deum omni vi, omni nixu intenta. In Principem devota. In cæteros omnes ingenua & liberalis à fuco omni & pigmentis aliena. Hiſtoriam vitæ ſuæ à ſe conſignatam ipſe reliquit, modeſtè prudenter & piè conceptã. Senio potius, quam morbo confectus, Jubileo tùm officii tùm Conjugii ſuperato ad cœlites conceſſit quinto Nonarum Septembr. A. 1686. ætatis 84. Miniſterii, prope 60. Conjugii 51. in gremio Eccleſiæ ſuæ terræ mandatus. Oratione parentali magnificè collaudatus à Domino D. Fechtio, cujus rogatu ſequentem inſcriptionem tumulo compoſuit JO.

BURCK-

BURCKHARDUS MAJUS, Vir doctissimus; quam cum Oratione laudata legas primitus impressam inter Schediasmata Sacra D. Fechtii, Rostochii, An. 1706. in 8. repetitam Henrico Pippingio, in Triade Decadum Mem. Theolog. p. 1165. edit. Lipsiæ, 1707. in 8.

D. O. M. S.

ACCede, quisquis es Viator, accede, sub hoc tumulo quiescit Raræ eruditionis, rarioris vitæ, rarissimi Exempli Theologus Sacerdos. Antistes. M. JOANNES GEBHARDUS. Patriâ Custerdingensis. Civitate Wirtembergicus. Ortu Suevus. Gente. Animo. Fide verè Germanus, natus An. 1603. D. XXIII. Jan. Patre Ludovico. Viro & sanctitate vitæ & Sacerdotii gravitate Venerabili, Matre Scholasticâ Maria. Genere Wilandina. Egregia rectique moris Fœmina, in puero indoles optima ingenium ad omnia habile eluxit. Hinc ex disciplina Patris A. M. DC. XI. Tubingam

gam missus cum in Schola Oppidana, tum in Academiâ æque in pietatis studio ac linguarum artiumque ingenuarum stadio brevi tantos fecit progressus. ut inter commilitones plurimos paucos pares. multos inferiores nullos superiores haberet. Sed industriæ palmam vel dubiam faceret, vel prærriperet. omnibus proinde eruditionis opinionem ubique magnam Honoris Laudem Majorem Favoris gratiam maximam laboris demum præmium ampliſſimum. Laurum nempe Philosophicam gaudentibus amicis gratulantibus bonis. applaudentibus doctis publicè est adeptus. post Theologorum Doctrina Fama Docendique Dexteritate insignium Scholas tam publicas quam privatas diligenter obiit ac SS. Theologiæ meditando, differendo concionando per quadriennium totum totus incubuit. Nullis neque laboribus, neque mole-

stiis

ſtiis perterritus inde ab incluto Theologorum Ordine ornatus egregio teſtimonio conceſſit in hanc regionem Badenſem ac ut ſerviret Deo & Eccleſiæ à Sereniſſimo Principe Friderico V. munus Sacrum & decenter petiit & promtè obtinuit primum ad Diaconi partes Durlaci obeundas. M. DC. XXVI. vocatus dehinc Sacerdotio Badenwilenſi. M. DC. XXXI. tum Blanſingenſi M. DC. XXXIX. poſtremo Rœtelenſi præfecturaque ſacrorum M. DC. LIV. Auctus. in quibus ritè ac rectè adminiſtrandis ſtudium fidem prudentiam ac moderationem ſummam ſummâ cum laude ſemper adhibuit in id intentus unicè. ut commiſſi ſibi Gregis ſalutem magis, quam ſua promoveret commoda. Ne de terrenis nimium ſolicitus cœleſtina negligeret. etenim bonos retinuit laude ne deficerent Malos terruit Legis fulmine ne perirent. Segnes excitavit

citavit exhortationis stimulo ne prorsus obtorpescerent: prostratos erexit solatio ne desperarent. devios revocavit in viam ne errabundi in exitium ruerent. verbo. rectè credere pic vivere. benè mori omnes voce juxta & exemplo docuit. dum in verà fide merito Christi nixa per beatam mortem ex hac caduca ad æternam transivit Vitam M. DC. LXXXVI. cum vixisset An. LXXXIV. atque ex fida tori socia Anna Maria Brodthagia per Ann. LI. sustulisset Liberos XVI. ex iisque vidisset Sacerdotes V. Nepotes LXXX. Pronepotes VII. cum gaudio maximo. Nunc abi Viator. Respice Exemplum AMPLECTERE fidem. Imitare Virtutem. Sectare pietatem ut & tu tandem piè defunctus vita beata consortio Cœlitum Adspectu Dei. æternum fruare ABI AC VALE!

Scripta.

Scripta.

Consultò nulla edidit, iis adeò accensendus, qui, utut ingenio & eruditione clari atque eximii fuerint, exiguam tamen, vel penè nullam sui memoriam scriptis reliquerunt, é quorum numero nuper admodum præ cæteris celebravit Carolum Perottum Theologum Genevensem Thomas Crenius. P. XIII. Animadvers. p. 132. apud Pipping. loc. cit. p 1254. Tales autem Wirtembergiæ Ducatus & Marchionatus Durlacensis non paucos aluere, quibus, ne quid in publicum, ederent, vel modestia, vel quorundam scribendi quoddam quasi monopolium sibi vindicantium dictatura, vel impensarum & commodæ occasionis defectus obfuit. Cæterùm utti non deesse notat summè Reverendus Dominus Fechtius scripta à B. Gebhardo elaborata, sed in scriniis latentia, ita speciminis invicem ipse addidit in chartam ab isto conjecta

I. *Dissertat. de Socero Mosis*

II. *De Concio Apostolorum. Act. XV. Rostochii, 1706. 8.*

III. *Epistolam integram & memorabilem ad Jo. Fechtium d. 15. Novembr. 1666. Scriptam de immoderato Philosophiæ, præsertim Scholasticæ, studio illiusque cum Theologia puriori commixtione. Rostochii, An. 1706. 8. Lipsiæ, 1707. in 8.*

JOHAN-

JOHANNES CHRISTOPHORUS HINGHER, Generalis Superintendens, Ecclesiæ Cathedralis Stuttgardianæ Antistes, Principis Consiliarius, Consistorii Adsessor & Præpositus Denckendorffensis, mundum intravit Wittershusæ, ignobili admodum pago Anno 1604. d. 2. Januarii. Patre Georgio, loci Pastore, sed postmodum Abbate Alpirspacensi, Matre Agnete Doldiâ, Tubingensi, antea Medicinæ Doctori Labacensi in finibus Carinthiæ nupta, sed ob Religionem expulsa. Studiis nomen dedit & operam primò Hagenoviæ, (quò Pater ex pago jam dicto erat vocatus, ibique per sex annos commoratus.) deinde verò Stuttgardiæ duobus annis cum dimidio literis incubuit. Inde Adelbergam inferius Cœnobium 1620. & ex isto in Mulifontanum Collegium inter Alumnos Ducales, tandem 1627. in Stipendium Tubingense receptus, laudabiles fecit profectus, secundâ laureâ ornatus, 1629. Theologiæ Studio eâ cum industria se dedit, ut eodem adhuc anno vicarias Wilæ ad Nicrum operas concionando præstaret, usque ad annum 1632. quo solenniter à Consistorio Ducali examinatus, & Castrensis Præco ordinatus Durlacum ad demandatam curæ suæ militiam abiit. Eodem anno d. 19. Sept. nuptias initurus, habitis jam sponsalibus, antequam publicâ Sacerdotis manu copulari posset, Pleickhardi ab Helmstætt Generalis locum tenentis & Principis Würtenbergiæ Castra sequi necessum habuit, cum quo geminam fecit expeditionem. Cum verò Gustavus Hornius, Suecorum Belli Dux, Ec-

Nat. 1604. Cl. 1650. Ob. 1674.

 clesia-

cleſiaſten Aulicum, qui inſimul Diœceſin Ellwangenſem reformaret & Superintendentem ibi locorum ageret, deſiderâſſet, Hingherus ægerrimè quidem, ſed tamen Ordinum Provincialium, inprimis D. Nicolai hortamentis perſuaſus, & veredis ad Hornium delatus, habitâ Concione exploratoriâ, Aulicus Concionator & Caſtrenſis Conſiſtorii Præſes confirmatur. Cùm autem per aliquot annos variis Urbium Oppidorumque in Sueviâ ſuperiore, Bavaria & Alſatia occupationibus præſens fuiſſet; ex clade Nördlingenſi Hornium in captivitatem rapiente, Heidelbergam, Wormatiam, & Moguntiam fugâ elapſus, Axelii Oxenſtirnii, Sueciæ Cancellarii & Evangelici fœderis Directoris, gratiam promeruit, cum quo Argentoratum, Alſatiam, Lotharingiam, ipſamque Galliam, nec non Belgium; porrò Pomeraniam & Megaloburgum peragravit, donec per mare Balticum Daniam circumvectus Holmiæ in Suecia d. 2. Julii, 1636. adpelleret, ubi factâ ad populum primò in arce regiâ, præſentibus Reginis, deinde in Templo Germanico, Concione, Miniſter Eccleſiæ Teutonicæ, Antiſtitum ſuffragio 1637. electus eſt, & Epiſcopi Upſalienſis conſenſum impetravit; Biennio poſt ejusdem Templi Paſtor fuit deſignatus, traducto in alium locum Anteceſſore. Interim Sponſa ejus ſeptimum jam in annum præſtolata, Holmiæ cum Sorore appulit, cum quâ d. 20. Octobr. matrimoniale Vinculum conſummavit, genitisque 7. Liberis, 4. ſcil. Filiis, & 3. Filiabus cum eô ſuaviter vixit. Commoratus per novendecim annos in Sueciæ Metropoli, multisque & gravibus exantlatis laboribus Anno 1655. à Ser.

Princi-

Principe Eberhardo revocatus d. 27. Octobr. Stuttgardiam cum Familiâ rediit, ubi Consistorii mox Assessorem & Concionatorem Aulicum; exactòque triennio Collegiatæ Antistitem Ecclesiæ egit, additis An. 1668. Præsulis Herrenalbensis & An. 1669. Abbatis Lorchensis, An. 1670. Præpositi Denckendorffensis, & anno 1675. Superintendentis Generalis dignitatibus. Medio tempore, cùm jam 10. annis Holmiâ decessisset, à pristinâ Ecclesiâ, literis amantissimis revocatus, ut ipsorum sumtibus rediret; per ætatem jamjam ingravescentem sese excusavit. Defunctâ interim primâ Conjuge ad Secunda Vota transivit cum Catharina, Jeremiæ Rebstockii, Abbatis Blabyrensis Vidua, cum qua 12. annis vixit improlis. Cæterum & antequam in Sueciam penetraret, à variis Urbibus Imperialibus in Ministrum desideratus fuerat. Industriam Viri comprobant 5851. Conciones ab Anno 1634. usque ad obitum eleganter & propriâ manu conscriptæ. Zelum contra vitia & quascunque novitates, observantiam veterum constitutionum, Principalis Authoritatis assertionem, pacis studium cum Collegis, candorem erga Ministros Ecclesiæ, devotionem in precibus privatim peragendis, denique patientiam in adversis deprædicat Parentator. Decessit ex calculo & colicis doloribus, Anno 1678. d. 15. Maji, ætatis 74. Mensium 4. dierum 15. Ministerii 46. Justa funebria persolvit, Joh. Laurentius Schmidlin, Successor, habita Concione ex Ps. 119. v. 19. quam vid. plur. p. 23. & seqq.

Scripta.

Wacht-Glöcklein / auß *Marci XIII. v.* 33. über Christoph Eysen / *Theol. Stud.* Stockholm / 1639. in 4.

Raptus Justorum flebilis, at requies delectabilis, auß *Es.* 57. *v.* 1. 2. über *Jac. de Rus.* Apotheckern / *Ib.* 1648. 4.

Seelen-Artzney wieder deß Todes Bitterkeit / über Georg Hornbein / Buchbindern / *Ib.* auß *Ps. XXV. v.* 16.-19. Stockholm / 1649. 4.

Ehrenged. Peters von Selau / Schrifftengiessers / auß dem Lied: Hertzlich thut mich / *v. ultimis*, *Ib.* 1650. 4.

Mortis & Judicii certitudo, über Heinrich Eckhorst / Kauff-Gesellen / auß *Ebr. IX. v.* 27. *Ib.* 1660. 4.

Felix Fidei fructus; oder seelige Glaubens Frucht / über Andreas Geerth / Kauff-Gesellen / auß *Habac. II. v.* 4. *Ib.* 1650. *in* 4.

Vive memor lethi. Leichtpr. über Daniel von der Lith / auß Holstein / *Ps. XC. v.* 12. Stockholm / 1651. 4.

Glorioſum Christiani Palæstritæ Diadema, auß *II. Tim. IV.* 6. 7. 8. über Hanß Wachtmeister / Freyherrn von *Biörköö*, Stockholm / 1652. 4.

Athleta Christianus, über Jac. Kalmetern / auß *II. Tim. IV.* 7. 8. *Ib* 1652. 4.

Sacer Baptismalis Amictus, *Gal. III. v.* 27. über *Sara Meles*, Joh. Wensels / Kauffmanns / Ehe-Frau / *Ib.* 1652. 4.

Immaturus,

Immaturus, at beatus Justorum obitus, über *Joh. Mich.* Röttlin / Schwedis. *Secretarium*, auß *Es. LVII. v. 1. 2.* Stockh. 1653. in 4.

Geistl. Lorbeer-Krantz über Elisabetha Maria Hesterswegen/ Thomä Bergmanns/ Kauffmanns zu Hamburg Ehe-Frau/ auß *II. Tim. IV. 7. 8. Ib.* 1653. 4.

Ὀλιγόβιος ἄνθρωπος, auß *Job XIV. v. 1. 2.* über Anna Beckerin / Handels-Frau; *Ibid.* 1654. in 4.

Strophiolum beatorum, Leichtpredigt über *M. Jac.* Tanckens / *Superintendentens* zu Wißmar/ und Schwedis. Hof-Predigers Tod / *ex Apoc. VII. v. 14-17.* Stockholm/ 1654. 4.

Velle Dei, velle meum, über *Adolphi Joh.* Beyers/ Schwedis. Reichs-Postmeisters Söhnleins Tod / auß *Hiob I. v. 21.* Stockholm / 1654. in 4.

Luctus moderatus über *Annam Beatam* Beyers/ Postmeisters Töchterlein / auß *II. Sam. XII. v. 19. 20. 21. 23. Ib.* 1655. 4.

Pia & secura Animæ cura, über *Jac. Makeliers*/ Kauffmanns Tod / auß Ps. 31. v. 6. Stockholm/ 1655. 4.

Holmia, pergratum Hospitium Quadriluſtre Valeto, *Valet*-Predigt/ auß *II. Cor. V. 20.* Stockholm/ 1655. 4.

Leichpredigt über Wilh. Heerbrand/ Hof-Predigern/ *ex II. Tim. IV.* Stuttg. 1658. 4.

Leichpr. über Joh. Friderich / Würtembergis. Erb-Printzen / auß *Hiob XIV. v. 1. 2.* Stuttg. 1659. 4.

Memoriale perpetuum, Leichpredigt über Herrn Christoph Zellern / Würtembergis. Hof-Prediger / *ex Syrac. 7. V. 40.* Stuttg. 1669. 4. *Plagl.* 6½.

Christl. Wandersmann / *Gen. 47. 9.* über den Todt Fr. Annä Elisabethä / Mannt-Teuffelin / Marrschallin / Stuttg. 1670. 4.

Leichpredigt über Hertzog Ulrich von Würtemb. *ex Ps. XC. v. 12.* Stuttg. 1672. *fol.*

Leichpredigt über Hertzog Eberhardt zu Würtemb. *ex Syrac. 49. V. 1-6.* Stuttg. *An.* 1674. *fol.*

Leichpredigt über Hertzog Wilhelm Ludwig von Würtemberg / *ex Ps. 125. v. 1.* Stuttg. 1677. *fol.*

Nat. 1605. Cl. 1650. Ob. 1669. CHRISTOPHORUS ZELLERUS, Theol. Doctor & Ser. Wirtembergiæ Ducis Eberhardi III. Concionator Aulicus, Sacrique Consistorii Assessor, diem natalem Breitenbergæ, Diœceseos Calvensis pago vidit Anno 1605. d. 15. Martii. Pater ejus erat M. Joh. Zeller, ibidem Pastor, Mater Beatrix Blossiana. Prima statim sub vitæ initia veneficæ obstetricis artibus impetitus, dextrâ Domini per Parentum preces protegitur. Literas imbibere cepit Calvæ in Convictu Superintendentis M. Joh. Ulr. Pregizeri. Claustrales tamen in Scholas propter jam receptum Fratrem natu majorem, more superioris ætatis, non admissus alteri Professioni aut vitæ generi à Patre destinabatur; Ingenii autem lumine clarius emicante, amicorum suasu Tubingam traductus

Etus anno ætatis 14. primùm sub curâ Joh. Falconis, Diaconi Tubingensis, studiorùm telam prosecutus est, donec in Stipendium Fickleriano-Martinianum reciperetur. Anno ætatis 15. primam & 17. secundam, octavo inter 32. Competitores loco, laurũ adeptus, Theologiã deinceps eâ felicitate tractavit, ut jam tum varia Scripta illi vel elaboranda, vel publicè defendenda à Theologis, præsertim à B. Thummio, committerentur. Anno 1626. publico Consistorialium Examini se sistens veniam quidem concionandi impetravit, sed spartam cum ambiret, propter multitudinem Alumnorum Ducalium & quotidianum ferè exulum ex Austria Ministrorum, maximam partem Wirtenbergicorum, adventum obtinere non potuit. Anno igitur 1627. Andreæ Bajeri, Juris Consulti Tubingensis, cujus Liberos privata Institutione informaverat, commendatione, Nobilium in Liebenstein, haud procul Heilbrunnâ, Pastor ab initio factus; Sed Anno 1635. post cladem Nördlingensem unà cum grege suo in vicinam istam Imperialem confugere coactus, tentato subinde ad publicam in pago suo cultus divini administrationem reditu, ob perpetuum tamen, in quo versabatur, vitæ discrimen, à Dominis suis dimitti necessum habuit. Denuò igitur Patriæ officia deferens Schlaittdorffam, Diœceseos Tubingensis pagum, impetrat, cumque tum ob pestem sævientem, tum Salarii à Monachis factam detentionem diutius ibidem permanere non posset, ad Diaconiam Calvensem vicariis operis obeundam An. 1636. traducitur. Evocatô autem anno 1639. ad Ministerium Aulicum J. V. Andreæ, Collegâ suô & Calvensium Superinten-

dente, Zellero Superintendentis munus demandatur. Quô per Sexennium dexterrimè gesto anno 1645. & Ipse Stuttgardiam accersitus in Ecclesiastis tùm Cathedralis, tùm Aulici stationem vicariam, atque Anno 1648. in plenum Concionatoris Aulici & Confessionarii, Consiliariique Principis Officium immittitur. Anno 1656. invito quidem, sed jussu & sumtibus Serenissimi, qui unà cum Serenissimâ Conjuge actum sua præsentia condecorabat, Doctoralis mitra fuit collata, cui Anno 1658. Præpositi Denckendorffensis character accessit. Matrimonium iniverat altera vice primò Anno 1628. cum Anna Elisabetha, Georgii Vischeri, Præfecti Wildbergensis, deinde 1637. cum Anna Margaretha, M. Joh. Conradi Jungii, Pastoris Ebersteinensis Filia, ex quibus 15. Liberorum & multorum Nepotum Parens Avusque factus. Parentator insigni eum eruditionis, prudentiæ, dexteritatis, candoris & humanitatis encomio mactat. Vir enim, juxta A. Carolum, fuit acris judicii, variæ & selectæ eruditionis, subactæ prudentiæ, experientiâ in negotiis, in expeditionibus fide, in laboribus constantia, Zelo in Ecclesiam, in patriam vigilantiâ & meritis, humanitate in omnes, præferendus multis, postponendus nulli, manans lente quidem annis sed & altior extans. Id certissimum est, magni admodum à Principe fuisse æstimatum, cum quo Anno 652. ad Comitia Ratisbonensia descendit. Idem ut Cancellariatum Tubingensem acceptaret, alterâ vice hortator ei fuerat. Quod tamen modestè recusavit. Liebensteinii adhuc dum versatus Spiram, Nemetum, & Biberacum Imperiales, vocationibus perhonorificis expetebatur,

quas

quas tamen acceptare noluit, Patriæ suæ se reservans. Joh. Frid. Lauxium in Ministerio Aulico Collegam mensis Spatio secutus ex dysenteria Stuttgardiæ tùm grassante, obiit. Anno 1669. d. 27. Julii, ætatis 64. Ministerii 42. vid Conc. funebr. à Joh. Christophoro Hinghero Antistite Cathedrali habitam ex Syrac. 7. v. 40. p. 30. seqq. Vitam ejus diffusâ & omnis generis Encomiis refertâ Oratione descripsit, Magnus Hesenthaler, quæ nondum edita. Nec minùs D. Balthasar. Raith Laudatione Solenni 1669. editâ in 4. adde Carol. Tom. II. Memor. p. 435. Jubil. Tub. II. p. 104. conferatur etiam P. Freherus P. I. p. m. 694. & ex his G. Serpil. Epitaph. Suev. Theol. p. 62. seq.

Scripta.

Oratio Anniversaria de Lectione Scripturarum Gentilium librorum lectioni præferenda.

Disputatio de Indurationе sub Præsidio D. Lucæ Osiandri, Cancell. Tubingæ, 1625. in 4.

Tr. de Triplici officio Christi contra Photinianos sub præsidio, D. Theod. Thummii, Tubingæ, 1625. in 4.

Simplex Christianorum fides sub præsidio J. U. Pregizeri D. & P. P. Ibid. 1626. in 4.

* *Sunt & alii tractatus à Thummio editi, operâ D. Zelleri ipsius jussu interveniente.*

Leichpredigt über Prinzessin *Dorotheam Amaliam*, von und zu Würtemberg/ auß *Sap. IV.* 7. 8-14. Stuttg. 1650. 4.

Land-Tags-Predigt/ auß *2. Chronic. XV. v.* 9-19. Stuttg. 1651.

Tauff-Predigt bey der Tauff eines gefangenen Türcken-Mägdleins / auß Ps. 68. v. 23. Stuttg. 1652. 4.

Leichpredigt über dem Tod *Johann Valentini Andreæ*, *Theol. D.* und Abbten zu Adelberg auß Ps. *LXXI. v. 1.* Stuttg. 1654.

Leichpredigt über Fr. *Annam Catharinam*, Hertzog Eberhards von und zu Würtemberg Gemahlin / auß Ps. 103. v. 8-13. Stuttg. 1655. 4.

Leichpr. über Frau *Annam Sabinam*, verwittibten Hertzogen auß Westphalen / gebohrne von Würtemberg gehalten zu Stuttg. *Anno* 1659.

Leichpr. über Hr. Joh. Friderich / Erb-Printzen in Würtemberg / auß Pred. Salom. *XII. v. 1.7.* Stuttg 1659. 4.

Leichpr. über Fr. Barbaram Sophiam / Hertzogin zu Würtemberg / auß Ps. 126. v. 5. 6. Stuttgardt / 1659. 4.

Gründliche Wiederlegung deß angegebenen Außschlags und Beweisung zu der in *Religions*-Frieden und Münsterischen Friedens-*Instrument* veranlaßter Vereinigung deß Glaubens / so erstens in dem 1659. zu Wien *edirten Europæischen Floro. An.* 1660. und zu Dillingen nachgedruckt worden / Stuttg. 1661. 12.

Schrifft her / Schrifft her / das ist unterschiedlicher Augspurgischen *Confessionisten* Glaubens-Articuln / gründl. Beweisung auß Heil. Göttlicher Schrifft / *D. Eliæ* Schillens /

lens/von Wien/ genandten Probsteyen/ der Reformirt-Evangelischen Lehr - und Glaubens-Articuln/ &c. entgegen gesetzt/ Stuttg. 1661. 12.

* *Gemina hæc Scripta doctissimus Autor jussu Serenissimi Ducis, Eberhardi III. eâ ex causa concinnavit, quoniam Pontificiorum nonnulli, inter quos erat Johannes, Abbas Elchingensis, Jodocus Keddius, Jesuita, & Menardus, Abbas Neresheimensis Principi diversa Scripta dedicare, & vel Religionem Romanensem, vel saltem Syncretismum persuadere satagerant.*

Leichtpred. über Albrecht Christian/ Hertzog *Eberhardi III.* Printzen / auß *I. Joh. III. v. 2.* Stuttg. 1663. 4.

Leichpredigt über Printz Joachim Ernsten von Würtemberg/ auß *Sap. III. v. 1.* 1663. 4.

Land-Tags-Predigt *ex Ps. 85. v. 9-14.* Stuttgardt/ 1666. 4.

Leichpred. über den Tod Carl *Ferdinandi*, Printzen zu Würtemberg/ *ex 2 Sam. XII. v. 15-23.* Stuttg. 1670. 4. *posthumum edita.*

JACOBUS MüLLERUS, Superintendens Neosteinensis Hoënloicus, Waiblingæ natus erat d. 4. Octobr. A. C. 1605. Patre cognomine, Mercatore, Matre Praxede Kühhornia vel Lickhornia. Cùm puer in Scholâ patriâ linguarum Latinæ & Græcæ, nec non Dialectices & Rhethorices fundamenta posuisset,

Nat. 1605. Cl. 1650. Ob. 1668.

set, An. 1622. in Scholam Cœnobialem Hirsaugiæ & insequente anno in Academiam Tubingensem à Parentibus missus, An. 1624. Primam Philol Lauream, & elapso anno Magisterii gradum tertio inter 17. Competitores loco cum laude consecutus est. Inde studio Theologico totum se dedit, & sedulus Tubingæ tunc Sacra docentes audivit D. Osiandrum, D. Nicolai, D. Thummium, D. Reihingium & M. Falconem. An. 1632. apud generosum Comitem Cratonem Hoënloicum, Equitem & Generalem Circuli Franconici Commendantem prægressâ legitimâ vocatione & commendantibus cum Dominis Theologis Tubingensibus, Concionator Aulicus Vicario modo fuit Rotenburgi & Herbipoli, Anno 1633. ab eodem Comite Cœnobii Schönthalensis sibi à Potentiss. Sueciæ Rege Gustavo Adolpho donati Ecclesiastes constitutus & à M. Salomone Majero, cœtui suo pro more præsentatus est. Sequente anno impetratâ dimissione ad Elwacensis Monasterii, itidem Comiti à Rege dono dati, Prædicaturam, mox tamen ad Pastoratum Oppidi Neosteinensis promotus 17. annis muneri suo fideliter præfuit! Deniqúe vitâ defuncto M. Salomoni Meyero, in Concionatoris Aulici & Superintendentis Neosteinensis Spartâ successit. An. 1634. Conjugii societatem iniit cum Virgine Barbarâ, Balthas Eislingeri, Mercatoris Kirchheimensis, in Ducatu Wirtenbergico, filiâ, quæ 5. ei filios, totidemque filias peperit, ex quibus 4. filios reliquit superstites, Henricum Jacobum, Comitis Duglassi in Sueciâ Ephorum, Wilh. Balthasarum Ecclesiæ Ohrenbergensis Pastorem, Joh. Conradum, & Joh.

Sig-

Sigfridum, cum filiabus Annâ Barbarâ & Maria Margareta Joh. Christoph. Hezelio, ærarii Hoënloici Præfecto desponsatâ. Vir doctus & à Dominis suis in pretio habitus, cujus humilitatem, Zelum, candorem, humanitatem aliasque virtutes deprædicat Parentator & Collega Georg Frid. Steinlein. (a) Honorificam ejus & filii Wilhelmi Balthasaris, Pastoris Ohrenbergensis, mentionem injicit Clariss. Serpilius. (b) Apoplecticis & Epilepticis paroxysmis consumtus placidè in Christo expiravit, Neosteinii d. 9. Junii, An. Chr. 1668. ætatis 63. Minist. 36. Eteostichon funebre sic habet: In saLVatore obIIt MVLLer SVperattenDens, vide P. Freherum (c) ex Concione Funebr. quam contuli.

JOHANNES MELCHIOR NICOLAI, Tetrarcha & Abbas Mulifontanus, Serenissimi Consiliarius & Senatus Provinciæ Selectioris Adsessor, lacrymarum hanc vallem subiit Waiblingæ An. Chr. 1606. d. 13. Septembris; Parentibus, D. Melchiore, Præposito Stuttgardiano, & Catharina Nuzbequiâ. Pietati à teneris iñutritus ingenium non vulgare exeruit in triviis Waiblingæ, Marpaci & Tubingæ, quorsum Pater diversis promotionum vicibus migraverat; Anno 1621. ætatis decimo quinto, neglectis Claustralibus Scholis, ob profectuum maturitatem Illustri Stipendio immissus primos Philosophiæ honores paulò post, & biennio consumto, ætatis 17. *Nat. 1606. Cl. 1660. Ob. 1675.*

Secun-

(a) *Conc. Fun. p. 14. seqq.*
(b) *Epitaph. Theol. Sueb. p. m. 47.*
(c) *Theatr. p. 679. seq.*

Secundæ laureæ ſertum inter 16. Candidatos ſecundus obtinuit. In ſtudiis itaque tàm Philoſophicis, quàm Philologicis ante alios probè verſatus, ſingulari alacritate Theologiæ incubuit, cui cum indefeſſam induſtriam morumque modeſtiam junxiſſet, Super-Attendentium patrocinio Repetentis officium promeruit. Quo per Septennium defunctus ſub Præſidio Parentis aliorumque Doctorum Theologiæ, aliquoties cum inſigni applauſu diſputavit publicè. Iſtam ob cauſam Diaconiæ Tubingenſi 1632. ætat. 26. in exordio Miniſterii admotus, triennium ſub ingenti laborum mole & graſſantis in Urbe peſtis diſcrimine exegit. Inde Brackenhemii Paſtor ab Ampliſſimo Senatu Academico denominatus, belli annonæque gravitatem expertus eſt; Et quanquam Superintendentis Uracenſis Munus fuiſſet oblatum, tantam nihilominus promotionem ſubmiſsè deprecatus, 23. annos in ſtatione prædictâ continuavit, donec alterâ vice A. 1656. ad Decanatum Waiblingenſem evocaretur; Quem An. 1661. Ephoria Vaihingenſis cum deſignaturâ Herren-Albenſis Abbatiæ excepit. Illam verò per quadriennium geſtam Præſulatus Blabyrenſis, adjunctâ Generalis Inſpectoris dignitate, An. 1665. Denique An. Chr. 1669. poſt Joſephi Schlotterbeccii obitum Infula Monaſterii Maulbronnenſis inſecuta fuit. Sub quæ ſimul Quadrum Virum Eccleſiarum Wirtembergicarum ut antea, & Senatûs Provincialis primò Majoris, dein Arctioris, Collegam egit. Nexu conjugali ſibi copulavit primùm, Virginem Waldburgam, Johannis Hauberi Theol. D. & Eccleſiaſtis Aulici, filiam, ſterilem. Eâ poſt 30. annorum decurſum

cursum amisâ An. 1663. alteri fidem dedit, nimirum, Annæ Barbaræ Schöckiæ, itidem improli. Theologus singularis prudentiæ & acris judicii, qui donis suis atque consiliis patriæ, Ecclesiæ, & Scholarum emolumenta egregiè promovit. Ingeniorum æstimator & Explorator certissimus, qui J. Henricum Schellenbaurium, opificio destinandum, præ aliis fideliter fovit & adjuvit. Ex Manuscriptis sui Parentis Quæstiones Theologicas insigni diligentiâ collegit Fratri suo, Joh. Ulrico, Pastori Enzweihingensi, ut ab ipso ederentur, relictas. Eximiæ fuisse corporis staturæ, & vultus Theologicâ gravitate verendi, ex quo tamen humanitas cum affabilitate, amabili consortio, elucere visa, Parentator affirmat. Colicis cum symptomatibus sæpenumerò conflictatus, vitam ærumnosam sibi, Deo piam, proficuam proximo posuit, Cœlitum consortio adscriptus d. 24. Septembris, An. Chr. 1675. ætatis 69. Ministerii, 49. Ad Exequias ejus in Templo, ubi tumulatus, concione solenni ex Joh. III. v. 16. peroravit, M. Eberhardus Kellerus, Eccles. Minister & Collegii Maulbronnensis Præceptor.

Chronodistichon Exequiale

M. Joh. Frid. Krausii Præc. Stuttg.

RaptVs es à nobis pertrIstI fVnere nVper
RaptVs es ad gratos JaM NICoLaë thronos.

ANA.

ANAGRAMMA.

Jeremiæ Widmanni. Alumni.

Johannes Melchior Nicolai. ἀναγρ. I.

Corona, nihil hîc! à mole es.

Vah! nihil hîc! nihil hinc fas deportare ſalutis
Ergò Corona mali mole ſoluta fugis. *

* Ex Conc. Funebr.

Nat. 1606.
Cl. 1660.
Ob. 1671.

JOHANNES SCHüBELIUS, Sereniſſimi Ducis Eberhardi Concionator Aulicus, in lucem editus Neoſtadii ad Kocheram Anno 1606. d. 10. Octobr. Patre Laurentio, Lapicida, Campidunenſi, olim Pontificiæ Religionis, ſed ad Lutheranam converſo, Matre Maria Oehleriana. Literis initiatus in Schola patria, ſuccedentibus eâ ætate per quàm tardè promotionibus Anno demùm 1624. ætatis 18. in Blabyrenſe, anno 1627. in Bebenhuſanum Collegium, & anno 1630. in Illuſtre Stipendium receptus honores Magiſterii ſequente Anno adeptus eſt. Anno autem 1633. Erneſto Ludovico, Nobili à Remchingen in Præceptorem privatum adjunctus, amiſſo apud Nördlingam prælio Anno 1634. Argentoratum inter aulicos Principis unà cum diſcipulo confugere neceſſum habuit, ubi anno 1637. in convictum & converſationem celeberrimi Theologi, Joh. Schmidii pervenit, à quo impenſè dilectus Informatorem Filii ejus domeſticum aliquandiu egit, & pau-

Paulò poſt honorificam ad Miniſterium in Civitate Argentinenſi vocationem obtinuit, quam tamen ex amore Patriæ modeſtè recuſavit. Reſtituto in Ducatum Ser. Principe Eberhardo III. & ipſe redux Diaconiæ Cathedrali in Eccleſia Stuttgardiana anno 1639. admotus, cum D. Valentino Andreæ per aliquod tempus, ut conſalinus vixit. Anno 1651. Andreæ Fabri, Decani Stuttgardiani Succeſſor deſignatus, prius tamen Paſtoratum ad Divum Leonhardum adminiſtravit, donec Anno 1658 in plenam Decanatus prædicti poſſeſſionem immitteretur. Vivis exemto Anno 1666. Chriſtophoro Lindenmajero, Abbate Hirſoviano, ad illius Cœnobii Præſulatum & Alumnorum Inſpectionem, nec non Superintendentiam Generalem evectus, ægrè admodùm Stuttgardiam reliquit. Emortuis autem Anno 1669. Concionatoribus Aulicis ambobus, ipſo die natali ſuo Stuttgardiam ad Miniſterium Aulicum revocatus, vix ultra ſesquiennium Stationi præfuit. Conjugem ſibi delegerat Annam Euphroſynam, Joh. Georgii Leonis Conſulis Stuttgardiani Filiam, ex qua ſuperſtites reliquit duas Filias, quarum una Chriſtiana, Joh. Reinhardo Hedingero, J. U. Lto. & Curiæ Advocato elocata, Filium Cognominem Patri genuit nuperrimè denatum, Theologum ſcilicet Joh. Reinh. Hedingerum, itidem Concionatorem Aulicum percelebrem. Altera Joh. Jacobo Langio, Paſtori Stuttgardiano ad D. Leonhardum nupſit. Commendatur Schübelius ut Exemplar Pietatis, Heroici Spiritus & liberæ Linguæ, qui Vitia quorumcunque Principum etiam cordatè reprehenderit. Averſatus omnem Syn-

cretismum Religionis jam tùm ſub favillis gliſcentem. In Materia de Sabbatho cum B. Zellero contra Wagnerum & Schmidium ſtetit; repetitâ juxta Libros Symbolicos Confeſſione, non ſine gravi agone terrenis eluctatus eſt, Anno 1671. d. 31. Maji, ætatis 65. Miniſterii 32. vide. Concionem funebrem à Joh. Laurentio Schmidlino, ex 1. Tim. 1. v. 15. habitam pag. 36. ſeqq. Tumulum Ejus inter alios ſequenti Carmine veneratus eſt Joh. Ludovicus Harttmann SS. Theologiæ Doctor & Superintendens Rotenburgenſis ad Tubarim:

Quæ Superi! ætherios nova fulget Stella per Orbes,
Orta è funeſto Stella coruſca rogo?
Terga relucenti mors dat fugitiva nitori,
Nec fert inſolitam noctis amica diem:
Hinc tenebras repetit, te mox Stuttgardia linquit,
Occidere hoc nunquam ſcit Tibi poſſe Jubar.

Scripta.

Canticum Agni, das iſt Leichpredigt über den Tod Herrn Joh. Friderich Jägers / von Jägersdorff / geheimen Raths / auß *Apoc.* 1. *v.* 5. Stuttg. *Anno* 1640. 4.

Iſraëlis Victoria, ex Gen. XXXII. 26. Leichpr. Herrn Joh. *Georgii* Sattlers / *Secretarii*, Stuttg. 1640. 4.

Paulus Triumphans, vom Lauff / Kampff und erfolgten Ehren-Cron *S. Pauli*, auß *II. Tim. IV. v.* 8. über Chriſtoph von Leymingen / Fürſtl. Rath und Cammer-Juncker / *ib.* 1640. 4.

Geiſt-

Geistlicher Wunder-Balsam auß *Es. LIII. v. 4.* über den Tod Herrn Joh. Jacobs von Reuschach / Geheimen Raths / Stuttg. 1642. in 4.

Ehren-Gedächtnus deß Christl. Lebens / geduldigen Leydens / und seeligen Sterbens / deß weyland *Tit.* Herrn *M.* Joh. Conr. Göbels / gewesenen Pfarrers zu *S. Anna* und *Senioris* zu Augspurg / Stuttg. *Anno* 1644. in 12.

Templum bonæ famæ, oder Leichpredigt über Hrn. Wolffgang Bonackers / Fürstl. Ober-Rath auß *Ps. CXII. v. 6.* Stuttg. 1645. 4.

Jugend-Cron / oder eine Christl. *Sermon* über die Tugend-Regul / *Tobiæ IV. v. 6.* bey der Begräbnus Valentin Secklers / eines züchtigen Jünglings / der im Neckar ersoffen / zu Stuttgardt gehalten / Tübingen / 1645. in 4.

Der süsse Tod / oder Leichpredigt / von denen Mitteln deß Todes Bitterkeit zu vertreiben / über Frau *Theodora* von Stettenberg / auß *Syr. XLII. v. 3.* Stuttg. 1648. 4.

Idea boni Præceptoris, oder Leichpr. über den Tod Herrn *M. Joh. Glöckleri*, *Pædagogarchæ* zu Stuttg. auß *Syr. L. v. 31-36. Ibidem* 1651. in 4.

Caput bonæ Spei, auß Ps. 146. v. 5. über Herrn *Lucam Schickhard*, Rent-Cammer *Exped.* Rath / *ib.* 1652. 4.

Hiobs Erlöser / auß *Jobi XIX. v. 25.* über Fr. Clara Aña Barbara / Hrn. Friderich Benjamin

von Münchingen / Würtemb. Ober-Stallmeisters Gemahlin / Stuttg. 1652. 4.

Christianus Asinarius, der Last-tragende Christ / auß Ps. 68. 70. über Margretham / Peter Albers / Becken / Jungfer Tochter / *Anno* 1655. 4.

Todtenwecker / auß *Hiob XIX. v.* 25. über Frau Anna von Weyler auf Lichtenberg / gebohrne von Hallweyl / Stuttg. 1655. 4.

Leichpredigt über Herrn Arnold Heinrich von Querheim / auß *Joh. III. v.* 16. *Ib.* 1656. 4.

Memoria Doctorum, Leichpredigt über Herrn *M. Joh. Schmidii*, Pfarrers zu S. Leonhard / Tod / auß *Hebr. XIII.* 7. Stuttgardt / 1657. 4.

Regiments-Nagel / oder Leichpredigt von fürnehmen und wohlgebohrnen Regiments-Personen / über Hrn. Johann Conrad Varenbühlern / Würtemberg. geheimen Rath / auß Es. 22. v. 23-25. Stuttg. 1657. 4.

Hiobs welcke Blum / auß *Jobi XIV.* 12. über Frau Catharina Barbara / Herr *M.* J. J. Wolffen / Pfarrers zu Feurbach / Ehefrau; Stuttg. 1658. 4.

Petrus Christophilus, Leichpredigt über den Tod *Joh. Joach. Schülini*, *Antistitis Cathedralis Ecclesiæ*, *Ibid. ex Job. XXI. v.* 7. Stuttgardt / 1659. 4.

Naëmi nicht Naomi / auß *Ruth. I.* 20. 22. über den Tod *Christinæ*, Hrn. Joh. Georg Sattlers / *Expeditions*-Raths Ehe-Frau / *Ib.* 1663. in 4.

GOttes Eigenthum / auß *Rom. XIV. v. 8.* über Peter Burtzhanen / Fürstl. Rath / *Ib. 1664.*

Aqua vitæ, auß Ps. 119 v. 93. über Barbaram / Joh. Eberhardt Herbstens / Vogtens / Wittib / *Ib. 1666. 4.*

Vale Stuttgardia! oder letzte Predigt / auß *I. Thess. II. v. 1. Ib. 1666. 4.*

JOHANN ULRICUS BAUDERUS, Abbas Mulifontanus & Generalis Superintendens, vivendi initium fecit Leobergæ Anno 1610. d. 26. Octobr. *Nat. 1610. Cl. 1665. Ob. 1681.*

Parens ejus erat Christophorus, Vir Consularis, Mater Margaretha, Feigelmanniana. Avus, Ulricus Bauder, Rei Forestariæ Præfectus, Vir pius & Ministrorum verbi divini Fautor insignis. Leobergæ per triennium prima Elementa didicit, sed in convictu duriter habitus, Stuttgardiæ deinceps, ut M. Glöckleri, Pædagogarchæ Discipulus & consalinus, eò profecit, ut anno 1626. in Collegium Alumnorum Hirsovienſe, & elapsis tribus annis in Maulbronnenſe reciperetur, ex quo 1629. per Dominum de Osław, Imperialis Edicti de restituendis Monasteriis Executorem, cum suis Commilitonibus pulsus, Leobergam, & inde mox Tubingam ad Jacobum Mohlium, Præfectum Aviæque suæ Fratrem se contulit, ubi gnaviter Philosophiæ operam locans, Anno ætatis 21. Magisterii Gradum cum laude assecutus. Per cladem verò Nördlingenſem anno 1634. etiam ex Academia Tubingenſi in Exilium cum aliis ejectus, Domino tamen illum colligente, bello, peste, fame, feliciter eluctatus An-

no 1636. Pastoratum Eberdingensem Vaihingensis Diœceseos, ex nominatione Andreæ Geistii, Abbatis Hirsaugiani, Pontificii, verùm absque Salario, impetravit. Suis præterea rebus spoliatus aliorsum, & quidem ad Pastoratum Warmbronnensem propè Stuttgardiam, cumque & ibi militum rapinis exponeretur, Leobergam ad Diaconiam securitatis causa migrare necessum habuit, Anno 1644. Quâ per octennium gratis administratâ, anno 1652. Decanatum Rosswagensem Diœceseos Maulbronnensis reportavit, melioribus inde fatis usus, cum Spartam illam Anno 1661. Superintendentia Leobergensis, anno 1667. designatura Præsulatûs Anhusani, anno 1671. Abbatia Murrhardensis, & Anno 1675. Mulifontana cum Inspectione Ecclesiarum illius districtûs Generali & Adsessura in Senatu Provinciali exceperint. Conjuges Amicorum suasu tres successivè duxit, primò Annam Catharinam Korniam; quâ reliquit quatuor liberos; secundò Agnetem Mariam, Engelhardti Quæstoris Stuttgardiani, Viduam; tertiò Agatham Christinam Joh. Gerhardi, Medicinæ Doctoris & Professoris, Filiam. Filium habuit M. Johannem Philippum, Pastorem Backnangensem; Generum verò ex Filia natu minimâ, Johannem Jacobum Steinhoferum, SS. Theologiæ Doctorem & Marchionatus Barutensis Superintendentem celebratissimum. Ipse Bauderus, teste Domino J. C. Zellero, Parentatore, fese Restauratorem Ecclesiarum, Scholarumque Diœceseos Maulbronnensis dexterrimum; Patrem Alumnorum Cœnobii sui benignissimum; Consiliarium in Senatu Provincialium Ordinum Laconicum.

eum, qui nervosa Consilia paucis verbis suppeditare consueverat; Theologum denique profundum præstitit, qui meditando solidam acquisiverat scientiam. Concionem suam Funebrem ipsemet conscripsit ex Apocal. XXI. delineato insuper totius Vitæ Curriculo & Compendio Theologico practicè adumbrato, nec non Confessione ad filum Librorum Symbolicorum succinctè repetitâ. Cæterùm variis quoque & gravibus ærumnis, in Conjugio præsertim, probè exercitatus, mortem diu optatam atque placidissimam invenit, Anno 1681. d. 25. Septembr. ætatis 72. Ministerii 44. vid. Conc. Fun. p. m. 45. seqq. quam è suggestu recitavit Dominus J. C. Zellerus, tùm Præceptor Claustralis, nunc Ecclesiastes Aulicus Stuttgardiæ, sistens ex memorato Textu: Deß neuen Jerusalems ewigen Priester- und Christen-Schmuck.

Scripta.

Wiederhohltes Friedens- Gedächtnüß oder Predigten über den Propheten Haggai/ 1658. 4.

Deß neuen Jerusalems ewiger Priester und Christen-Schmuck / oder Leichpredigt / auß *Apocal. XXI. 18-26.* Stuttgardt / *Anno* 1681. in 4.

JOSEPHUS JENISCHIUS, Pastor Münchingensis, Lauingæ natus est, d. 26. Novembr. An. 1606. Pater illi erat Paulus Jenischius, antehâc Præpositus Ecclesiæ in *Nat. 1606. Ob. 1675.*

Imperiali Vindelicorum Augustâ. Matrem habuit Helenam, patriciæ familiæ, nimirum, Kellerianæ apud Memingenses, fœminam. Parens exortis de Vocatione Ministrorum turbis, ratione officii, quod gerebat, se interponens in exilium actus, Lauingæ consedit. Ingruente verò & ibi religionis mutatione, Stuttgardiam concessit, ubi cum numerosâ undecim liberorum familiâ salarii expers & Ministerii integro Septennio commoratus est. Ibi Josephus religionis & literarum humaniorum initiis est imbutus in Pædagogio, pulchrosque ad Parentum & Præceptorum lætitiam ostendit profectus, ut An. 1623. in Lyceum Hirsaugiense, An. 1626. in Mulifontanum & Anno 1629. in Illustre Stipendium Tubingense Ducali clementiâ fuerit receptus. Artium Magister creatus Theologiæ deinceps sedulam navavit operam, vocatus Anno 1633. ad Vices in Ecclesiâ Lichtensternensi obeundas, & An. 1635. ad Diaconiam Böbliugensem, qua per biennium administrata Münchingæ, Diœceseos Leobergensis nobili Vico Sacrorum Mystes est ordinatus, ubi 38. annos continuavit usque ad obitum. Maritam Anno 1635. duxerat, Annam, M Blasy Braunnii, Antecessoris sui in Parochiâ Münchingensi filiam. Eâque vivis ereptâ, Agnetem, Pauli Angeli, Consulis Reutlingensis gnatam, quæ octodecim liberorum, nempe undecim filiorum & 7 filiarum patrem fecit. Ex utroque conjugio superstites remanserunt undecim, ex primo quidem duo fratres, ex altero novem utriusque Sexus liberi. Memoratu dignissimum & miraculo proximum est, quod cum mater eum in lucem edidisset, nullum omninò linguæ alicujus ve-

stigium

stigium in ore poterat reperiri. Unde consternati parentes ad preces & lacrymas sese converterunt, habitisque domesticis Orationum singularium horis id impetrârunt, à Deo, Naturæ Domino, ut per singularem ejus gratiam Infanti lingua succresceret & completo nondum nativitatis suæ anno singulos domesticos articulatè appellaret. Deo igitur omnipotenti puerum consecrârunt parentes, ut ipsi in Ecclesiâ inserviret, linguaque novâ magnalia Dei eloqueretur & pro concione annunciaret. Quid si inter Pontificios tale quid accidisset? Quos triumphos agerent? Quæve passim trophæa excitarent? Certè non destituitur Ecclesiâ Lutherana miraculis, tametsi ea nec efflictim desideret ad demonstrationem veræ doctrinæ, solo verbo satis superque vel contra portas Inferni roboratæ ac triumphantis; Nec, ubi reâpse comparent, ridiculo more glorietur, ne scil. signis, quæ incredulorum animi postulant, plus tribuere videatur, quàm Verbo. Beati quippe qui nec vident, nec palpant, & tamen credunt. Jenischius noster in Dei gloriam & ædificationem Ecclesiæ lingualis redditus & vocalis ex pleuritide moribundus obmutuit in terris, animæ linguam perfectiori modo exerens inter consonantes Angelorum electorumque Choros in Cœlis d. 8. Aprilis Anno 1675. ætatis 69. Ministerii 40. Exequiali præconio laudatus à M. Johanne Conrado Röslero, Pastore Schwiberdingensi piorum in peregrinatione vitæ hujus solatia occasione Textus Phil. III. v. 20, explicante. Epicedia Concioni typis impressæ Röslinianis Stuttgardiæ varii apposuere; reli-

quis tamen præstat Jacobi Rothweileri, Abbatis Regiofontani, post Hirsaugiensis:

Ad beatum Pastorem, elinguem natum, precibus & votis Parentum Ecclesiæ Christi dicatum, ac in Instrumento testudinis informatum:

Elinguis tu natus eras & litera muta
Ast te vocalem fecerunt vota Parentum
Dum te nunc iterum mutum mors atra relinquit
Consona Cœlestis, Tu factus in arce beata
Nunc modus est liquidus, dum muta est Consona facta
Ludes nunc digitis, Testudine, Clarificatis.

Ex Conc. Funebr.

Nat. 1610. Cl. 1665. Ob. 1675. JOHANNES JACOBUS MüLLERUS, Abbas Blabyrensis & Superintendens Generalis, Aldingæ ad Nicrum d. 6. Maji, 1610. natus, Parentibus, Georgio Pastore, postea Generali Superintendente Mompelgardensi, & Anna, M. Andreæ Hessii, Pastoris Frickenhusani, filiâ. Mompelgardum quadrimus puer traductus, literarum fundamenta in Gymnasio istius loci jecit. Ex quo Tubingam in Stipendium Illustre, Mömpelgardensis Sphæræ, 1624. missus, sub curâ Conradi Cellarii, eò usque in studiis adolevit, ut ætatis 14. primæ laureæ & biennio post Magisterii honoribus, tertiâque inter plurimos Candidatos statione ornaretur. Post absolutum Academiæ stadium 1630. Mompelgar-

densi

densi Diaconiæ & 1632. Parochiæ Hunvillensi in Alsatiâ Superiore admotus est. Cum autem ob belli turbas ibi diutius subsistere nequiret, Argentoratum secessit, ubi à Serenissimâ Principe Barbara Sophiâ, Eberhardi III. Wirtembergiæ Ducis Matre, Viduâ, in exilio versante ad munus Ecclesiastis Aulici privatis in ædibus obeundum, & Informationem Juventutis Ducalis adscitus est; Eâ verò fatis defunctâ, in Patriam rediit, in quâ Pastoratus Meimsheimensis cum Bottenheimensi 1637. Illi collatus. Confecto inter varios casus & mille rerum discrimina decennio 1647. ad Pastoratum Leobergensem, Vicinarumque Inspectionem Specialem; ulterius 1658. ad Schorndorffensem Superintendentiam, additâ 1660. Murrhardensis primùm, deinde Anno 1662. Lorchensis Insulæ designaturâ, cui 1663. Vaihingensis Decanatus accessit. Tandem cum plurimæ illius tàm politicæ, quàm Theologicæ Virtutes ex variis & gravissimis, quæ Serenissimi Nomine expedire jubebatur, negotiis eluceſcerent, ad Abbatiam Blabyrensem & Quadrum Viratum Superintendentiarum Generalium, sessionemque in Senatu Curiæ Provincialis Majore subvectus est. Tori fortunarumque sociam sibi delegerat Barbaram Elisabetham, Balthasare Mütschelino, Ecclesiastico Quæstore Nürtingensi genitam, quacum novenam sobolem 44. annorum spatio procreavit. Ex filiarum unâ, Michaëlem Müllerum, tùm Göppingæ Diaconum & postea Cancellarium Tubing. adeptus generum, quæ tamen Nepotem vix dum enixâ elanguit. Filius superstes Joh. Georgius, Pastor Stetensis fuit. Erat ipse Vir Theologus, qui, ut

J. G. Efflichii Præceptoris tùm Clauſtralis verbis utar, religionis Zelo, honeſtatis ſtudio, literarum curâ, proviſu rerum, Conſiliorum diſpoſitu, fandi vi, omnibusque adeò dotibus Miniſtri ita fuit præditus, ut gravitatem humanitate & hanc conſtantiâ apprimè temperaret, benè mereri de ſingulis ſatagens, nunquam vel fortunarum adverſitate, vel negotiorum diverſitate obrutus. Gallicæ Latinæque linguæ caiientiſſimus, ut in utrâvis tàm ſolutâ, quâm ligatâ tersè loqueretur & ſcriberet. Sic honorificis laboribus emeritum emenſus ævum, ſonticisque patienter defunctus morbis memoriam & deſiderium ſui Eccleſiæ, Patriæ, Scholis reliquit d. 28. Januar. 1675. ætatis 65. Miniſt. 45. in templo Clauſtrali Blabyræ ſepultus. Ad Exequias Viri è ſuggeſtu peroravit Michael Bacher, Diaconus ex 1. Joh. I. v. 7. hab. Conc. edit. Eſslingæ, 1675. 4.

Nat 1611. El. 1650. Ob. 1653.

HENRICUS SCHMIDIUS, Theologiæ Doctor & in Academiâ Tubingenſi Profeſſor, Illuſtris Stipendii Ephorus, Nürtingæ natus erat Anno 1611. Literarum elementa ibidem hauſit eâ felicitate, ut puer adhuc Sereniſſimi Ducis Johannis Fridericiclementiâ in Collegium Blabyrenſe primùm, deinde in Bebenhuſanum, denique in Seminarium Tubingenſe reciperetur; Beneficentiæ Principalis Sole (ut ipſe ſcribit) fotus Præceptorum ubique optimorum rore rigatus. (a) Quos inter præcipuus erat M. Bernhardus Dieterlinus, (Vir non ſolùm eloquentiæ laudibus

(a) *Vid. Exercit. primam de Cathedr. Petri in præfat.*

dibus celebris ac docendi dexteritate ſingulari pollens, verùm ſagax etiam ingeniorum & accuratus æſtimator) qui Schmidium in pueritiâ & adoleſcentiâ tanti æſtimavit, ut, cùm ille non absque ſingulari partæ doctrinæ laude honoribus Magiſterii exornatus principem inter 45. Candidatos locum obtinuiſſet, eum invidendo propè hoc Elogio celebraverit:

SCHMIDI Nürtingæ ſoboles, (quis crederet eſſe?
Dignus eras tanto prænituiſſe gregi.
Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum
Inque meo ſemper pectore primus eras.
Tu graſſator eras rapido torrentior amni
Qui ruit oppoſitis major ab Aggeribus.
Sæpèque dicebam: Vis forſitan iſta nocebit;
Sæpè: Sed ad famam vi facienda via eſt.
Exitus in certo eſt: dedit hæc vehementia palmam
Nec ſua currentem gloria deſtituit.
Gratulor hoc tantum facinus, Patriæque mihique,
Qui tibi ſectandi ſuaſor honoris eram.
Perge ſequi ductum Ingenii ventosque ferentes
Nec jam quæſito ſtet tibi fama gradu.
Tendendum ulterius Juvenes viciſſe tot auſo
Quîs honor eſt tergum poſſe videre tuum.
Quorum tota cohors unum occiput admiratur
Auſpiciis paribus vincere diſce VIROS. (b)

Nec fefellit augurium, cum Schmidius ex Magiſtro Repetens, ex Repetente Diaconus Eccleſiæ Tubingenſis,

(b) *Caroli Memor. Libr. VI. p. 68.*

genſis, deinde poſt exceſſum F. H. Flayderi, Græcæ Linguæ Profeſſor & Stipendii Theologici Magiſter Domus conſtitutus, tandē ſacri Ordinis Doctoribus ex merito adſcitus fuerit. Vir, B. Raithio teſte, (c) ingenii rerum omnium capacis & avidi inſtar torrentis, qui exundando omnia ſecum rapit, Cui ad reliquam felicitatem ſola defuit ætatis maturitas; poſtquam enim de ſe maximam ſpem feciſſet, ipſo die Cinerum 23. Februar. 1653. obiit. ætat. 42. Scripſit geminam Exercitationem de Cathedrâ Petri eleganti calamo, quem ſequenti encomio Th. Lanſius ornavit: (d)

Aurea penna tua eſt, Petrum quia lampade inaurat
Scripturæ atquæ oſtro luſtrat Apoſtolico.
Laurea penna tua eſt: ſcorias quia diffiat ab auro;
Vincit & affinxit quæ nova Roma Petro.
Macte animo, Schmidi! Princeps, Academia Templum,
Sperat ab Ingenio maxima quæque tuo.

Oratione Funebri laudatus eſt à Joh. Mart. Rauſchero. Orat. Prof. P.

Scripta.

Gaudium Natalitium, ſive Homilia Latina in Natalem Domini noſtri Jeſu Chriſti, Tubingæ, 1642. in 4.

Bucolica ſacra, ſive Hymni Natalitii Heroico Carmine veſtiti, Tubingæ, 1642. 4.

Exer-

(c) *Jubil. Acad. II. p. 103.*
(d) *Exercit. primæ de Cath. Petri ſuffix.*

Exercitationes duæ de Cathedrâ Petri ſive Infallibilitate Papæ, quarum prima Inauguralis, Tubing. Anno 1652. 4.

Oratio Panegyrica de Pace Germaniæ.

Chriſtus Patiens, Carmine Græco. *

* *Confer. H VVittenii Diar. Biogr. ad An. 1653.*

JOSEPHUS CAPPELIUS, Sereniſſimi Wirtembergiæ Ducis Conſiliarius, Generalis Superintendens & Abbas Monaſterii Bebenhuſani, ordinumque provincialium Secretioris conſeſſus aſſeſſor. *Nat. 1614. Cl. 1670. Ob. 1689.* Patrem habuit Virum REVerendum M. Johannem, Paſtorem ac Seniorem Eccleſiæ Campodunenſis, Matrem Catharinam, fœminam laudatiſſimam. Quibus ex Parentibus poſtquam Anno MDCXIV. 27. Jan. in urbe illa imperiali editus in lucem eſſet, regenitus fonte luſtrico, inter ipſa ſedulæ educationis initia, vix biennis, Patrem apoplexiæ ſuperventu amiſit. At eum in fidem, verè paternâ non minorem, accepit Clariſſimus ac Reverendus M. Ludovicus Leibzig / Biberacenſium Eccleſiaſtes matutinus, Vir, ab eruditione & orthodoxia ſolida dudum inſignitèr celebris. Hunc enim virum Mater, in annum jam quartum vidua, altero ſibi matrimonio junxerat, cujus pietatem ac ſolertiam in prolem majori numero, egregiè teſtatam, ſæpe numero deprædicare enixè, primamque ſtudiorum ac felicitatis terrenæ ſcatebram dicere ſolebat. Scholæ fundamenta prima publicæ Biberaci ſexennis ſub Præceptore M. Jacobo Stenglino jecit. Cùm verò Dux Johannes Fridericus, in Ducatum hunc vocatione legitimâ

legitimâ Vitrico aditum feciſſet, Abbatemque Murhartenſem conſtituiſſet : partim ſub Cœnobii publicâ , partim ſub privatâ Parentis informatione, Cappelius noſter literatæ induſtriæ ampliores usque & usque profectus acquiſivit ; ita ut Anno 1628. poſt bina jam Metropolitani Examinis pericula , Adelbergam promoveretur ; ubi in Compendio Theologico, dictisque Biblicis, ſub pollice Melchioris Nicolai , Doctoris à ſacrâ literaturâ famigerabilis, augmenta & ipſe inſignia fecit ; in quibus per omnem ſacri Miniſterii decurſum jactare ſe piè, cumque ſtimulis literariæ Juventutis evidentibus, honeſtè ſolebat. Acceſſerant aliâ curâ Præceptores M. Joachimus Weidnerus, cœlebs ; M. Johannes Jacobus Jäger , & M. Ulricus Etter , Tubingenſis. Sed expulſi incolæ iſti Monaſterio, turbatusque maturè à Pontificiis labor omnis, atque in annum usque primum & triceſimum rejectus fuit : quo tempore aſyla ſua ac refugia noſter hinc inde apud Parentes, & Fratres Verbi Miniſtros , per Sylvam Othoniam & Hercyniam quæſivit ; usque dum Alumnis deinceps Bebenhuſanis accenſeretur : quod factum præſule Monaſterii Henrico Wielando , Collegisque M. Bernhardo Dieterlino , & M. Hieronymo Kauß / Stuttgardiano : quorum auſpiciis porrò & matriculæ Academicæ nomen inſeruit , & Lauream quoque pro more Primam induſtriæ non vulgaris præmium reportavit. Anno 1633. circa autumnum, Bebenhuſâ Stipendium hic inter nos Ducale ſubiit ; unde anno ſequente , poſt cladem Nordlingenſem , cum LXX. Studioſis Argentoratum profectus eſt ; ſed, deſtitutus vitæ ac ſtudiorum mediis,

mediis, hinc Spiram, Camerâ inclytam, quò Parentes Maulbronnâ se receperant, abiit: ac, ne tamen his Parentibus suis sumtu ac sustentatione gravem se præberet, privatos passim præceptoratus ac pædagogias ambiit, ac imprimis Clariori isthic Cameræ Advocato, Doctori Bohnio; operam ad informandos liberos commodè satis aliquamdiu locavit. Cum vero Spiram interim Bavari occupâssent, denuòque obsessam Dux Bernhardus Saxo Vinariensis, post non exiles duri Martis afflictiones & angustias, in pacis aliquas conditiones accepisset: Cùm selectæ Nobilitatis Viro Dn. Reischachio inde iterum Argentoratum petiit; sed & hanc rursus penuriæ insignis causâ deserturus. Quare inter incerta viarum maximaque latronum hinc inde grassantium pericula, suam repetere Wirtembergiam reduce illo Stipendiariorum Cœtu coactus, primò apud fratrem natu majorem, Johannem, Firnsaliæ Pastorem, in arce Sterneck, per aliquantum tempus delituit, mox autem, ad lucem aliquam honoris ac fortunæ melioris, ex illâ velut Pathmo suâ progressus, Stipendii modicum refloreścentis, lari primò se credidit, Laurum hinc alteram si modo per sumtus liceret, petiturus, quos interim à Parentibus, temporum iniquitate miserè exhaustis, negatos, qualitercumque Frater ille natu major inter attritas undique ac valdè attenuatas res ac fortunas depromsit. Cæterùm Magisterii Gradum Philosophici adeò faventibus Diis consecutus est, A. 1635. ut inter XXXI. Candidatos loco primus numeraretur. Inde triplex malorum Lerna Bellonæ, pestis & caritatis annonæ, in hominem πολύτροπον omnem, quam

potuit, bilem ſuam evomuit; ut quem Vicariatibus jactatum variis, mox Paſtoratu non uno, & Abbatiis diverſis ſive ſparſim, ſive conjunctim adminiſtrandis, inter morbos aliquando graviſſimos, direptiones, exactiones, incendiorum diſcrimina præſentiſſima, ſubitaneas ex ædibus ejectiones, ipſorum ſubinde veſtimentorum diſpoliationes, minas, ferri enſiumque intentationes, bombardarum diſploſiones, & quam non perſecutionem, vaſtitatem, vim, deprædationem? miſerabiliter exercuit exagitavitque. Sanè ob raritatem doctorum Eccleſiæ *Anno* 1636. tres ei ſimul Paſtoratus Neunecca, Ober-Islinga, Hopſavia cum filialibus committebantur. Roſenfeldam item & Dutlingenſem cum Balingenſi ac Uracenſi Ephorias diſtinctis temporibus vicibusque juſſus à Ducali Conſiſtorio obiit. Inter Præſulatus Regiofontanus, Herbrechtingenſis, Alpirſpacenſis, Blabyrenſis, tandemque Anno 1678. poſt mortem Johannis Zelleri, Anteceſſoris in tàm arduâ functione celebratiſſimi, ei obvenit. Quibus undique dicatam vigilantiam, circumſpectionem, fidem ac labores (etiam inter Ordinum Provincialium Conventus & Conſeſſus, Majores, Minores, Communes, ſelectos,) aſſiduâ curâ, prudentiâ, facundisque Conſiliis & animi acumine exſertos illa tempora nôrunt, & noſtra etiamnum teſtantur. Tam aſperam autem, uti ſolent durioribus læta miſceri, fortunæ & calamitatum publicarum ſortem conjugiorum aliquot ei privata felicitas & tranquilla cohabitatio mirè emitigavit & delevit, quorum primum cum Maria, Joh. Henrici Rauhii, Conſulis & Quæſtoris Sulzenſis Salarii filiâ An. 1636. contractum

tractum & in annos XXXV. usurpatum, eximiè sæpius dilaudabat: ex quâ & liberorum pignora sex, filios nempe tres, filiasque totidèm, quanquam successu partus improspero satis, filiorum imprimis genuit. Illorum primus quippe ex utero frustulatim jam præmortuus Chirurgi operâ manuque secabatur: Cæteri duo item, vel â partu illico intra dies paucos vel in ipso partu extincti sunt. Alteram fidem An. 1672. Annæ Matronæ, Georgii Baurii, Kirchheimensis Præfecti Inferioris relictæ Viduæ addixit; quæ ipsa, stipata filiarum binione priori successit. Tertiâ denique fide Anno 1684. d. 18. Aprilis Dominam Catharinam, Johanni Schwarzii, Viduam, sibi copulavit. Erat de cætero Vir miræ in adversis constantiæ, spem in Deo Tutore fidelium summo unico, immotam semper & infractam collocans. Cum Anno 1689. d. 23. Julii Tubingam anniversario more Ministerium Sacrum, Scholam Anatolicam, cum Magistratu lustraturus, quod officium Generalis Provinciæ Superintendens quotannis obire solenniter consuevit, visitaret, catarrho suffocativo tantà vi impetitus, ut Bebenhusam absque morâ redire desideraret; ubi recollectis paululum viribus rediisse cum sanitate in pacem visus, mox tamen hemiplexia in dextro latere denuò debilitatus, inter piam ac continuam mentis ad æterna supernaque dispositionem, Sacræque cœnæ post devotissimam Exomologesin usum, sub alloquiis fervidis commorantis ad habitum ultimum Ecclesiastæ placidè ex hac vita emigravit, die 28. Julii, Anno 1689. ætatis 75. in Templo Monasterii Bebenhusani sepultus, & ab Universitate Tu-

bingensi Programmate Funebri, quod Abbatibus illis antiquo more debent, cohonestatus, ex quo ista omnia decerpsimus. Suprema verba pro Concione fecit M. Ernestus Conradus Reinhard, Præceptor Bebenh ex 1. Thess. V. v. 9. 10. hodiè Abbas Alpirspacensis.

Monumentum Sepulchrale

hoc est.

D. O. M. S.

COnditur sub hoc saxo quicquid mortale & caducum habuit Vir maximè Reverendus & Amplissimus, Dominus Josephus Cappelius, Serenissimi Wirtemberg. Ducis. Consiliarius, Generalis Superintendens, & Monasterii hujus post reformatam Religionem Abbas XIII. Ordinumque Provincialium Secretioris Consessus Assessor. Natus Campiduni Imperiali Civitate Anno 1614. d. 27. Januarii. Obiit. 1689. 1. Augusti, cum distinctis temporibus & locis Pastoris, Ephori, Abbatis

munus

munus sustinuisset. Vir animosus, candidus, prudens, pacificus & omninò dignus, cujus memoriam veneremur.

Epicedia varii adjecere, è quibus eligere placet

J. A. Osiandri, Cancell. Tubing.

Servator Recti, Veræ pietatis Amator
Qui fuerat, talem mors tulit atra Virum.
Sic Domino placet ut tua molliter ossa quiescant,
Det Deus, & nobis SIC BENE posse MORI.

Ex Conc. Fun.

JOHANNES HENRICUS WIELANDUS, Wirtembergiæ Ducis Consiliarius, Monasterii Hirsaugiensis Abbas & Senatus Provinciæ Arctioris Adsessor, vitam sublunarem Knittlingæ, d. 22. Octobris An. 1616. in districtu Maulbronnensi exorsus, Patrem habuit cognominem istius Vici Ephorum & Pastorem, demùm verò Præsulem & Generalem Superattendentem Bebenhusanum; Matrem Margaretam, Felicis Casparis, Archimandritæ Murrhatensis, filiam. Sub eorum curâ pietatis & artium semina excepit avido pectore inter Alumnos Gymnasii Bebenhusani An. 1634. ætatis 17. cooptatus, sed mox irruente in Wirtembergiam Cæsareano milite exturbatus, Tubingam sese con-

Nat. 1616. *Cl. 1670.* *Ob. 1676.*

ferre neceſſum habuit; ubi Philoſophiæ & linguarum ſtudio gnaviter incumbens An. 1635. Magiſterii honores obtinuit & Theologiam aggreſſus eſt. Cùm verò Parens, utpote Principis Conſiliarius, Argentoratum ſecuritatis cauſâ exul concedere compelleretur, ſecutus ipſe, à ſervitiis Patri fuit usque ad illius beatum obitum, qui An. 1636. Argentinæ accidit. Ibi diutius ſubſiſtere non valens in patriam rediit Beſighemium, ſororis ſuæ Annæ Magdalenæ Magiriæ, convictu aliquandiu ſuſtentatus. Inde Tubingam regreſſus, & mox Stuttgardiam, victum informatione puerorum nobilium quæſivit, donec An. 1642. Beſſigheimenſi Diaconiæ admoveretur, quam integro quinquennio turbulentiſſimo, ſalarii expers, magno cum labore & ſolicitudine, ſed & cum totius auditorii applauſu adminiſtravit, Ilsfeldenſi Parochiæ deinceps An. 1647. & Anno 1660. Beilſteinenſi præfectus; quibus poſt annum Diœceſeos Mulifontanæ Antiſtitium cum Paſtoratu Knittlingenſi & An. 1666. Superintendentia Calvenſis ſucceſſit. Paulò poſt San-Georgiani Cœnobii Abbas deſignatus, cum aliis in ſuffragia venit Aulico Miniſterio admovendis, ideoque Concionem in Sacello Ducali coram Sereniſſimis Principibus habuit. An. 1673. Infulâ Hirſaugienſis Monaſterii condecoratus Alumnis ibi literas diſcentibus Patrem ſeſe præſtitit, ſeſſione inſuper in Senatu Ordinum Provincialium Majore primùm, dein Secretiore ad ultimum potitus. Tertiâ vice matrimonium contraxit primò d. 16. Maji, An. 1642. cum Juſtinâ, Balthaſaris Mercklini, Secretarii in Conſiſtorio Eccleſiaſtico filiâ, quartam prolem enixâ. Secundò

cundò d. 26. Anno 1646. cum Agnete, Joh. Conradi Brotbequii, Procuratoris Tubingiaci gnatâ, quæ duodecim ei liberos peperit. Tertiò cum Susannâ Juditha, Johannis Albrechti Hauffii, Quæstoris Schorndorffensis, Viduâ, cum quâ unam tantùm genuit sobolem. Generos adeptus est Viros doctissimos, M. Godofredum Nicolai, Superattendentem Böblingensem & Joh. Conradum Höslinum, Collegii Bebenhusani Præceptorem, Poëtam eximium. Ipse præconium vitæ variis è virtutibus tulit, dexteritate in officio, prudentiâ in Consiliis & candore in conversatione conspicuus. Unde à Joh. Ludovico Hartmanno, Superattendente Rotenburgensi Theologus vocatur laudatissimus. Mortem obiit Stuttgardiæ, in Conventu Ordinum Provincialium versatus; Cum è lecto manè surgeret, apoplexia dejectus, Collegam & Contubernalem, Joh. Conradum Zellerum, Præsulem Bebenhusanum inclamavit, cujus affatu solatisluo erectus, in fide Jesu Christi constanter moriturum sese asseverans, animam exhalavit d. 16. Augusti, An. 1676. ætatis 59 mens. 10. Funus sub campanarum & puerorum concentu primores utriusque Curiæ, tùm Ducalis, túm Provincialis, Civiumque præcipui usque ad portam comitati sunt, Hirsaugiensi in Templo terræ mandatum. Solennia è suggestu persolvit Dominus Ericus Weismannus, tùm Præceptor Claustralis ex Ps. 84. v. 6. 7. 8. disserens: Vom dem hochschätzbaren Kirchen-Kleinod / welches fromme Christen an getreuen Lehrern haben.

Ἀναγραμ.

Wieland; Weiland.

Joh. Ludovicus Hartmannus, Theol. D. &c. Suprem. hon. digniſſimi Abbatis, Theologi laudatiſſimi; Affinis deſideratiſſimi ſcr.

Exulat in terris Candor, veneranda ſenectus
Ridetur: ſtultum ſtatque viretque pecus.
Pro populo fidos quondam ſubiiſſe labores
Stultitia eſt: tantum paſcitur hora dolo.
Ergò ſenex, Venerande Senex, Wielande beate,
Perge perennantes viſere perge polos.

* * *

WIELANDI hoc Tumulo ſunt condita Præſulis oſſa,
Cui ſimplex Pietas nomen in Orbe dedit.
Exequiale Viro cum vellem ſcribere carmen
Carmine vena minus, plus fluit in lacrymas.
Hiſce notare juvat Tumulum: quo rarior alter
Vix eſt, qui condit plura dolenda ſinu.
Hæc tamen hæc famâ ſuperant, quæ candida ſemper
Wielandum loquitur cum mea Muſa ſilet.

Joannes Ulricus Pregizer, D. PP.

Lugu-

* *
*

Lugubres elegos & lamentabile carmen
Dum tua, fide socer, flebilis urna petit.
Langueo, deficio, morior, moriuntur & unà
Ingenii virès, versificusque vigor.
Idque magis subitos abitus si mente revolvo
Nec dictum linguâ deficiente: VALE!
Et meditantis adhuc melioris gaudia mundi
Non tetigisse aures ultima verba meas.
Salva peregrino ponebas membra cubili
Nec desperabas nocte favente diem,
Cùm tibi decessit vitæ lux, luce relatâ
Et dictum cœlo: Præsul amande veni!
Audieras vocem simul, & simul expirabas
Obvia cui dudum mortis imago fuit:
Unde Redemtoris mensâ meliore refectus
Illius ardebas mox in amore mori.
Mortuus es Domino, sed pignora conclamârunt
Quando fidelis eis desiit esse Pater.
Attamen in superis major pater ædibus illos
Sic orbos patrio lumine respiciet.
Ille patrem lætis reddet post fata videndum
Qui lacrymas, inquit, sistite, non redeo.

Ita desideratissimi Soceri inopinatum obitum lugens prosequitur,

M. Joh. Conrad Höslin/
Coll. Beb. Præc.

Scripta.

Nulla, quæ sciam, filius edidit. A Patre verò, cujus mentio in vitâ filii facta, extant duæ Conciones memorabiles in funeribus Theologorum habitæ, nempe

Conc. F. in Exequiis, Dn. Felicis Bidembachii, Abbatis Mulifontani, ex Esaiæ LVII. 1. 2. Stuttg. 1612. 4.

Eam in Latinum convertit H. Wittenius Dec. VII. p. 845. seq.

Conc. F. in Exeq. Melchioris Volcii, Abbatis Mulifont. ex Ps. 88. v. 20. Stuttg. Anno 1626. 4.

Extat etiam ejus de Patientiâ Tractatus, An. 1626.

Nat. 1616. Cl. 1670. Ob. 1683. BALTHASER RAITHIUS, S. Theologiæ Doctor & Professor in Academia Tubingensi lucem subiit die 8. Octobr. 1616. Schorndorffæ, Patre Elia, Salario, Matre Ursula Geringeria. Eruditus in Schola patriâ, sub Joh. Jacobo Wolff Stirnio, Præceptore tùm temporis in hoc Ducatu nominatissimo, Sexies examen Pentecostale per promotionum remoras iteravit. Anno 33. autem cum singularem ingenii alacritatem & industriam Wilhelmo Schickhardo, recitatione partis ex bello Jugurthino Sallustii, non sine admiratione Ducalis Consistorii comprobasset, contubernium Tubingense usq; ad instantem promotionem jussus intravit, ubi inter 50. Com-

Competitores primæ laureæ honorem, Creatore Schickhardo, primus obtinuit. Sequente anno Bebenhuſani cœtum Monaſterii, ſed in menſem ſaltem ſeptimum auxit, patriam Schordorffam ob cladem Nördlingenſem repetere coactus. Ibi familiariùs quidem innotuit Caſtellaneo Tupadelio, à quo & ſtatio vitæ alia oblata illi fuit, quam tamen æquioris ſpe fati fretus renuit. Quare cinerum patriæ cùm ſpectator triſtis fuiſſet, die 24. Novembr. 1634. familiæ peregrinæ inſertus hypogæi cujusdam ruderibus in ſesquimenſem ſe abdidit, oculos fumo & membra gelu acri infeſtatus. Inde apud præſides, qui Stuttgardiæ tum erant, Imperatoris Vicarios ſupplicis interventu libelli, ut in Stipendium Illuſtre reciperetur, impetravit, duosque ore allatos ducatos honoribus ſecundæ laureæ impendit, locum inter 30. Commilitiones duodecimum ſortitus. Repetentis munere dignatus Hebräïcam linguam cum Chaldaicâ & Syriacâ docuit in Stipendio, in quo poſt acceptum Magiſterii gradum cum ſeptem Commilitonibus, è tanto Stipendiariorum Ducalium numero præſens manſit, cæteris vel fugâ dilapſis, vel peſte, bello & fame abſumtis. Habitâ porrò de Bonis Eccleſiæ diſputatione ſub præſidio D. Melchioris Nicolai ad Diaconiam Tubingenſem anno 1641. Atque An. 1649. ad Decanatum Vicinum Derindingenſem, itemque An. 1652. d. 21. Auguſt. ad Profeſſionem Theologiæ Extra-Ordinariam, Lectionem Hebr. Linguæ publicam & Supperattendentis in Stipendio ſtationem promotus, juſſu & auſpiciis Sereniſſimi Ducis, Eberhardi III. non ſine promotionis pompâ ſolenniſſima unà cum Chriſt.

Zelle-

Zellero, Josepho Demlero & J. A. Osiandro mitram Doctoralem 1656. reportavit; cum præmemoratis officiis, mense Decembri ejusdem anni Magisterium Domus, An. 1660. Pastoratus Tubingensis, & 1662. Decanatus Ecclesiæ coaluerunt, cum Inspectione Stipendii Supremâ; quam spartam post fidelem, per 18. annos, ejus administrationem An. 1680. Senio attritus resignavit. Rectoratum Universitatis gesserat sexies Decanatum Facultatis pluries unà cum Deputatura. Nuptias bis celebravit, primó 1641. cum Mariâ Margareta, Johannis Martini Rümelini, U. J. D. Doctoris & Professoris Græcæ linguæ filia; Eâque An. 1662. piè defunctâ secunda vota contraxit cum Annâ Mariâ Schweickerinâ, viduâ quanquam & hujus non ultra annum seculi 75. convictu gavisus. Felicior tamen relictis ex priore Conjugio duobus filiis, M. Georgio Balthasare, Brackenheimensium Superintendente, & Johanne Ulrico, Medicinæ Doctore, dudum denato. Summam viri in Consiliis prudentiam, in negotiis dexteritatem, in actionibus fidem & sinceritatem, in religione fervorem, in præstandis officiis promptitudinem & beneficentiæ assiduæ studium latius prosequuntur Parentatores. Humanioris literaturæ insignem peritiam cum efficaci & disertâ expromti oris facundiâ non solùm discipuli ejus, Pastores in hoc Ducatu, verùm etiam Collegæ Professores prædicarunt, vid. Jubil. Acad. Tub. II. p. 16. Magni eum ante alios æstimavit D. P. J. Spenerus, cui vindicias Versionis Lutheri Biblicæ inscripserat, Opus etiam à B. Calovio, laudatum in Præf. Biblior. German. in N. Test. Sub vitæ

exitum

exitum catarrhis frequentibus divexatus, memoriæ, linguæ & oculorum usum amisit, apoplexiâ tandem prostratus die 5. Decembr. 1683. ætat. 67. Minist. 33. Concione exequiali laudatus à Successore D. Kellero, ex Ps. 126. v. 5, 6. Oratione parentali Germanicâ ab Ernesto Theophilo Majero, J. U. D. & P. P. Carminibus à reliquis, inter quæ eminent:

Andr. Bardili, Consist. Directoris.

Sancte Senex, rari simplex Servator honesti,
Atque tuum verè doctus amare DEUM.
Postquàm fractus eras annis & mole laborum,
Vitæ & perversi jam Satur orbis abis.
Dulcis nos inter mneme sed grata perennat
Suadæ fundentis Nectar & Ambrosiam.

M. Joh. Henrici Schellenbaur.

O! oculi occiduum lugete Academiæ ocellum,
Vindex Lutheri Raithius occubuit.

Programma Universitatis exhibet Henricus Pippingius Dec. Octava p. m. 1145. De Scriptis vid. H. Witten Diar. Biogr. ad An. 1683.

Scripta.

Theologica.

Dissertatio de Bonis Ecclesiæ, Tubingæ, Anno 1648. in 4.

Dissertatio

Dissertatio de Magistratu Politico, Ibid. 1652. in 4.

Dissertationes duæ de potestate Magistratus circa Ecclesiam, 1656, in 4.

Errorum Aquilegium, s. Disputatio exhibens primum falsum præcipuarum Religionum heterodoxarum nostri temporis, 1654. in 4.

Hagiolatria Pontificia eversa & proscripta, Ibid. 1656. in 4.

De Providentiâ Dei.

De Concilio Hierosolymitano.

De Comitiologiâ Christiana ex Actor. XV. 8.

De Universalitate meriti Christi, R. G. Carolo Lighalz, Proselyto, Tubingæ, 1658. in 4.

Exercitationes Academicæ ex Pericopis Evangelicis Adventus, 1677. in 4.

Dissertatio de præcipuis Remonstrantium Erroribus, Tubingæ, 1664. in 4.

Quæstionum Anti-Judaicarum Trias de Messiâ. R. Daniele Kornio, 1667. 4.

De æternâ divinitate & Satisfactione JEsu Christi, ex Act. 20. v. 28. R. Andrea Szanto, Hungaro, An. 1673 4.

De pretio venditi triginta argenteis statera sanctuarii ex Oraculo Zachariano, C. XI. 12. 13. ponderatis, Ibid.

Protheriora Biblica, sive Prolegomena Vindicationis Bibliorum Lutheri, Ibid. 1657. in 4.

*Vindiciæ versionis Sacrorum Bibliorum Germanicæ D. Lutheri, in quibus illa à malevolâ censurâ & iniquis vellicationibus non Pontificiorum solum, qui eam primitus ex professo oppugnarunt, sed etiam aliorum sciolorum temerariis correctionibus passim bacte-

hactenus obiter agendo factis, ope fontium Hebræorum in Veteri Testamento & Græcorum in Novo vindicatur Tubingæ, 1676. in 4.

Philologica.

Diatribe Historico Theologica de Indicibus Expurgatoriis Inquisitorum atque Censorum Regni Pontificii, Tubingæ, 1658. in 4.

Specimen Collegii Biblici ad magnum Opus J. Buxtorffii Hebræo-Chaldæo Rabbino-Masorethicum, Ibid. 1658. in 4.

Vadum Talmudicum quoad priora Capita tentatum, Ibid. 1658 in 4.

Epitome Bibliorum continens præcipua, Veteris Testamenti testimonia in Novo Test. citata & à B. Schickhardo Hebraicè & Latinè edita, 1663. in 4.

Epitome Islamismi Turcico Muhammedici, Ulmæ, An. 1664. in 4.

Dissertatio de Proselytismo Judaico-Christiano, R. G. B. Raithio filio, 1666. in 4.

Dissertatio Historico-Topographica de Tubingâ. R. Joh. Ludovico Mezio, Repetente, Ib. 1677. in 4.

Wilhelmi Schickhardi Horologium Hebræum Edit. XIV. prioribus omnibus accuratior, appendiculis aliquot plenior & ad usum Tyronum accommodatior Tubingæ, 1670. in 4.

Germanica.

Von Verpflegung der Kirchen/ Schulen und Armen/ Tübingen/ 1640. in 12.

Turris Antonia, oder Einweyhungs-Rede bey Auf-

Aufrichtung der auß dem *Cabalistischen* Geheimnuß-Baum entsprossenen/ und von der Durchl. Prinzessin Antonia/ von Würtemberg / in die Kirche im Deynach gestiffteten Lehr-Tafel/ Tübingen/ 1673. fol.

Pentaphyllum Caniculare, Unterricht und Trost der Eltern bey tödtlichem Abgang ihrer Kinder auß 2. *Sam. II. v.* 15. 24. Tübingen/ 1676. in 8.

Jubel-Predigt am Abend deß *Academischen* Jubel-Fests gehalten/ auß *1. Reg. IIX.* 57. 59. *extat in Jubileo Academico, Tub.* 1677. *fol.*

Christl. Trübsals-Ruhm bey der Leichbegängnüß Frauen Sophiä Catharinä / Hr. Benedict Hopffers/ *P. Publ.* Ehgattin/ auß *Rom. V.* 3. 4. 5. Tübingen/ 1676. in 4.

Bewährte Sterb-Kunst H. Hiobs auß *Job XIX. v.* 25. über Fr. Mariä Blandinä Hrn. Georg Stephani von Closen / Gemahlin Tod/ Tübingen/ 1647. in 4.

Leichpredigt bey der Beerdigung Frau Dorotheä / Hrn. Ludwig Berchtolden / Ober-Hofmeisters / in *Collegio Illustri* auß 2. *Tim. IV. v.* 17. 8. Tübingen/ 1660. in 4.

Samuel Κεχρηματισμενος *Reproductus*, oder Leich-*Sermon* über den Tod / Hr. Samuel Hafenreffers / *Medicinæ Doctoris* und *Prof. Publ.* auß *1. Sam. III. v.* 10. Tübingen / 1661. in 4.

Trost-Brunn im Elend schmachtender Seelen / auß *Ps. CXIX v.* 92. über der Leiche Fr. Mariä

Mariâ von Anweil / gebohrne von Blassenberg/ Tübingen/ 1671. in 4.

Leichpredigt über dem Tod deß Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn Wilhelm Ludwigs/ Hertzogen zu Würtemberg und Teck/ auß *Proverb. XXVIII. 2.* Stuttg. 1677. *fol.*

Orationes.

Memoria Josephi Demmleri, Theol. D supremâ commendatione celebrata, Tubingæ, 1660. in 4

Insulata Virtus, Joh. Jac. Heinlini, Abbatis Bebenhusani postfuturis in Exemplum commendata, Tubingæ, 1661. in 4.

Christophorus Zellerus, D. Ecclesiastes Aulicus supremâ laudatione celebratus, Tubingæ, 1669. in 4

Oratio Creationi duorum in Theol. Doctorum præmissa, Tubingæ, 1677. fol. extat in Jubileo Acad. Secundo.

JOHANNES GRAFFT, Philosophiæ in Academia Tubingensi Professor emeritus, & Abbas Alpirspacensis, S. S. Theologiæ Doctor, vitales auras primùm hausit Mengeringhusæ, in Principatu Waldeccensi, anno 1618. Patre Elaiâ, Judice, & Matre Margaretâ ex celebri Hundermarckiorum stirpe oriundâ. In scholâ triviali patriæ literis imbutus, cum egregiæ indolis indicia proderet, in vicinum Lippense Gymnasium mittitur, in quo sub ductu celeberrimorum Virorum, Klozii & Scheibleri, eos fecit profectus, ut paucos post annos in Academias se conferre potuerit; quas inter Rostochien- *Nat. 1618. Cl. 1670. Ob. 1695.*

sem elegit, ubi Bravii & Parellii, Philosophorum, nec non Quistorpii & Kothmanni, Theologorum, informatione usus, tandem Regiomontium concessit, ibique magnâ cum laude Magistri titulum anno 1647. primamq; inter septẽ Competitores stationem consecutus. Collegia Hebraïca, Mathematica & Metaphysica non solùm, verùm etiam Universitatis indultu, Disputationes Theologicas habuit, & Calvinianorum, Pontificiorum atque Schwenckfeldianorum dogmata refutavit. Cumque Jesuitæ inter alios publicè disputanti opponerent, præsentibus Mislentâ, Behmio, Calovio, Drejero, Eifflero & Pichlero, palmam maximo cum applausu reportavit. Quin imò etiam in Templo primario ad Suggestũ admissus frequenti & numeroso Auditorio concionabatur. Qua de causâ in Ordinem Professorũ & Ecclesiastarum fuisset cooptatus, nisi & alias Universitates adire maluisset. E Regio monte igitur in Belgium & Academiam Leidensem delatus, Mercatoris filii, cui Kleinio nomen erat, Ephorus constituitur, ubi cum Coccejo & Heinsio conversatus est. Inde porrò Grœningæ Maresio, Ultrajecti Voëtio, Heidelbergæ Tossano innotuit; Giessæ verò à Feurbornio & Haberkornio impensè dilectus, tandem cum Discipulo suo Tubingæ, 1651. appulit. Ubi elapso anno post Joh. Geilfusii obitum Ptofessionem Logices & Metaphysices ordinariam, Matheseos verò extraordinariam adeptus, magno juventutis scholasticæ emolumento 36. continuos annos fidelissimè docuit: 300. Candidatis Philosophiæ Magisterii honores impertitus: Adultimum, anno 1688. rude honestissimo donatus Abbatem

Alpir-

Alpirspacensem egit usque ad obitum. Hymenæum primum celebravit, anno 1655. cum Reginâ Mariâ, Johannis Beerii, Dicasterii aulici & Judicii Urbici Assessoris, filiâ, cum quâ tres filios, totidemque filias procreavit. Secundum, anno 1690. d. 10. Junii, cum Annâ Elisabethâ, Friderici Jacobi Engelhardi viduâ, improli. Theologiæ Doctoris gradum obtinuit 1657. Vir omnium scientiarum, quas homini novisse datum est, callentissimus, qui universam Encyclopædiam, scriptis quaquaversum avidè distractis & ipsa in Româ venum expositis, propinavit. Quæ inter eminet Theologia Thetico-Polemica in Actis Eruditorum Lipsiensium laudata. (a) Anno 1667. in patriam vocabatur ad Generalem totius Principatus Waldeccensis Episcopiam, verum tamen à Sereniſſimo Principe, Eberhardo, non dimissus; coram quo tàm Tubingæ, quàm Stuttgardiæ aliquoties ex speciali mandato concionatus homileticis donis non minùs singularibus ornatum sese luculenter comprobavit. Ad extremum memoriâ & viribus deficiens & ex lapsu periculoso rupturam passus catarrho suffocativo extinguitur d. 30. Januarii 1695. ætat. 77. Concionem ex Joh. XI. 2. exequialem dedit M. Johannes Christophorus Hegel / Pastor Alpirspacensis &c. proponens: Der Frommen süsse Todes-Ruhe.

Epicedia Amici & discipuli addidere, ex quibus sequens elegimus:

Ad Cathedras natus Cathedram decoravit utramque
Doctrinâ florent Templa Scholæque Viri.

(a) *Vid. Acta Lips. An. 1684 p. m. 444. seq.*

Abbatis tandem gestavit vertice Mitram
Cui sua Canities pulcra CORONA fuit
Ergò sacram triplici cinxit diademate frontem
Doctor erat, Præsul, denique Canus erat:
Dextra Dei quartam jungit post fata Coronam:
Justitiæ & Vitæ Laurea Summa datur.

M. Joh. Ulricus Erhard. PP.

Scripta.

Theologica.

THeologia Positivo-Polemica methodo uniformi tradita, Francofurti, 1684. in 4.
Theologia Germanica, Teutsche Theologie, Francofurti, 1673. 4.
Dispositiones Evangeliorum Dominicalium, Francofurti, 1673. 4.

Philosophica.

Breviarium Philosophiæ, Tubingæ, 1655. in 8.
Cynosura Mentis Humanæ, lb. 1659. in 8.
Mathesis Universalis, 8.
Philosophia prima, lb. 1677. 8.
De Conservatione Universi Dissertatio. Pr. Schabhardto, 1660. 4.
De scientiâ Dei. Pr. G. H. Hæberlino, Tubingæ, An. 1663. 4.
De objecto intellectionis Angelicæ, Pr. Erico Weismanno, lb. 1662. 4.

De

De Beatitudine objectivâ & supernaturali, Pr. Joh. Springero, An. 1662. 4.
De Concursu Divino. Pr. J. J. Langio, lb. 1665. 4.
Et aliæ disputationes Philosophicæ quam plurimæ, quæ hujus loci non sunt.

MATTHÆUS ESENWEIN, Abbas Hirsovianus & Sereniſſimi Consiliarius, natus Beilstenii anno 1620. d. 5. Maji. Patre M. Georgio, tùm temporis ibi Diacono, Matre Rebeccâ, Matthæi Vogelii, Præpositi Herbrechtingensis, filiâ. Vix bimulus matrem amisit & sub curâ Patris Scholas Beilstenii, dein Bottwariæ, quò Pater ad Pastoratum promotus fuerat, frequentavit. Factâ autem anno 1634. Militum Cæsareanorum in Wirtembergiam irruptione, studiisque ob belli injurias passim jacentibus Esslingam se contulit, Collaboratoris in Lyceo ambiturus officium, sed mox à Tobia Wagnero, Ecclesiaste, & alio quodam Viro in domesticum Præceptorem adscitus ad annum usque 1639. ibi permansit, donec restituto in avitas ditiones Eberhardo, Wirtembergiæ Duce, in Stipendium Ducale reciperetur, eâ tamen cum conditione, ut pro victu 30. florenos quotannis persolveret. Eodem anno Baccalaureatus & 1640. Magisterii honores, secundo inter Competitores loco, adeptus, post aliquot annorum intervallum Repetentis characterem accepit. Anno 1648. Basileam ad celeberrimum Virum, Jo. Buxtorffium, Hebraicæ linguæ solidius addiscendæ causâ, missus, commercium literarum cum eo postmodum frequens habuit. Elapso se-

Nat. 1620.
Cl. 1670.
Ob. 1672.

meſtri in Patriam reverſus Diaconiam Uracenſem primùm 1651. & mox eodem anno Tubingenſem, conjunctamque Linguæ Sanctæ Lectionem ſeu Profeſſionem obtinuit. Quibus cum laude non exiguâ adminiſtratis, anno 1659. Decanatum Leobergenſem; porrò 1661. Kircho-Teccenſem, denique 1669. Abbatiam Hirſovianam cum Seſſione in Senatu Ordinum Provincialium conſecutus eſt. Nexu maritali ſe devinxerat 1649. Mariæ Judithæ, M. Johannis Gebhardi, Superintendentis Rötelano-Durlacenſis filiæ, quæ novenam illi prolem enixa eſt. E filiis Patris veſtigia feliciter preſſerunt, Dominus M. Matthæus, Calvenſium Superintendens etiamnum ſuperſtes. Alter Balingenſium Paſtor & Ephorus præmaturè extinctus. Ipſe morti vicinus verba laudum ſolennium prolixa deprecatus eſt. Erat Theologus eruditus, pius & ſancto Zelo fervens, qui patriæ ſcriptis inſervire jamdum pulcrè ceperat. Ob Hebraicæ linguæ peritiam à Sereniſſimâ Principe, Antoniâ, Wirtembergicâ, ſingulari in pretio habitus; Terrena reliquit, Anno 1672. d. 24. Septembris, ætatis 52. Miniſterii 23. Concionem Exequialem recitavit M. Joh. Heinrich Wieland, Superintendens Calvenſis ex 1. Joh. I. 7. Monumentum in Templo Hirſoviano, nunc flammis abſumto Martialibus, ſequentia continebat:

Quieſcit. hic. et. Voto. potitur. Poſt annorum LII. Menſium IV. Dierum IV. Labores.

Matthæus Eſenvvein.

VIR Theologus. Chriſticola. Fidelis.

lis. Militare cœpit. Beilstenæ. ANNO M. DC. XX. die V. Maji. TUM URACI & Tubingæ. Diaconus. Leomonti. et. Kircho - Teccæ. Antistes. Tandem. in. hoc. Cœnobio. Præsul. per. continua. prælia. circumactus. nasci. Pati-MORI. desiit. Vita. et. VICTORIA. parta. Die 24. Septembris. anno M. DC. LXXII. PLAUDE. LECTOR. TRIUMPHANTI. et. strenuè CHRISTUM. SEQUERE.

Scripta.

Christologia Biblica, oder Erkanntnuß deß Heyls/ in zwey Theilen / Tübingen / 1658. 1659. 8.

Leichpredigt über Philibert Brunnen / Buchhändlern/ auß Ps. 84. 6. 7. Tübingen / *Anno* 1651. 8.

Leichpredigt über Georg Wilhelm Besserer/ *Ibid.* 1656. 4.

Leichpredigt über Anna Margareta Kaldenbachin/ *Ib.* 1657. 4.

Leichpredigt über *Anna Hermegardis* Widerholdin/ Obristin/ ex Ps. 31. *Ib.* 1666. 4.

Das Helden-Blut JEsu Christi deß Sohns GOttes auß 1. *Joh. 1. v. 7.* über den Tod/ Hrn. Conrad Widerholden Obristen und Commendanten zu Hohentwiel / Stuttgardt / 1667. 4.

Omina Felicis Conjugii, das ist Wahrzeichen einer künfftigen guten Ehe bey der Trauung Hrn. Christoph Caldenbachs / *Eloq. Poës. & Histor. Prof.* und Jungfr Anna Margareta Herrn Josephi Demmlers/ *Theol. D. & Prof. Ordin.* Tochter auß *Gen XXV. v. 62. 63. 64. 65.* gehalten / d. 26. *Jan.* Tübingen / *Anno* 1657. in 4.

Manuscriptum.

PRaxis Psalmorum oder Jesus-Psalter / darinnen die Psalmen Davids dergestalten auß dem Grund-Text erklärt werden / daß darinnen JEsus Christus der gantzen Welt einiger Heyland mit seiner Person und Amt/ Reich und Wohlthaten/ Feinden und Freunden auch derselben Begegnüssen in sonderbahren Betrachtungen Gebetts- und Gesangs-Ubungen/ neben etlichen Historischen Anmerckungen von dem rechten Gebrauch und Mißbrauch der Psalmen: Also die rechte *Praxis Psalmorum* einer Jesus-liebenden Seele gezeiget wird.

JOHAN-

JOHANNES ZELLERUS, Archi-Mandrita Mulifontanus, Generalis Superintendens & Senatus Provincialis Majoris Adsessor, vitæ primordia hausit Rothfeldæ d. 19. Decembris 1620. Parentibus, Johanne, Pastore, & Beatrice Blossiâ. Septennio sub Informatione paternâ exacto, Wildbergam, in convictum & Scholam, M. Straubii Præceptoris, & post biennium Montispeligardum, ad M. J. L. Volmarum, Superintendentem & Ecclesiastem Aulicum, Sororium suum, ut cum Latinâ Gallicam apprehenderet linguam, missus est, ubi sub pollice Rectoris, Brisechou, non parùm profecit. Anno 1636. defunctis jamjam Parentibus & patriâ post prælium Nördlingense miserè devastatâ domum revocatus; fratribus, Johanne Conrado, Superintendente Wildbergensi & Christophoro, Diacono Calvensi, postmodùm Concionatore Aulico, cum Putore, M. Grücklero, Bulacensium Pastore, in dubio hærentibus, cui studio continuando eum applicarent, tandem ex consilio Joh. Val. Andreæ, Superintendentis eo tempore Calvensis, (qui mutatis in meliorem statum rebus, patriam istiusmodi Ingeniis opus habituram dictitabat,) aliquandiu in domo & sub curâ fratris Christophori vixit, donec 1639. in Stipendium Ducale reciperetur, solutis tamen pro alimento quadraginta florenis, quos D. Andreæ ex ærario legatorum Calvensium erogari procuravit. Eodem anno consuetis honoribus Philosophicis redimitus, tertio inter Competitores loco, Theologiam tractare cepit; cumque ex Lectionibus publi-

Nat. 1620. Cl. 1680. Ob. 1694.

cis, privatoque Collegio, à M. Pregizero, Theologiæ Candidato, in Augustanam Confessionem habito, progressus non contemnendos fecisset, Disputationem de Induratione sub Præsidio D. Pregizeri, Cancellarii, juxta Comilitones, M. Lauxium & M. Esenweinium, defendit. Primitias fidelitatis & industriæ indefessæ Mompelgardi ostendit, ubi à Domino Beuringero, Consiliario & Quæstore Ducali non saltim Informatio liberorum, sed & ingens vis frumenti, copiis Gallicis in viciniâ commorantibus distribuenda, imò tota denique Oeconomia, Domino propter ingruentem pestiferam luem aliorsum fugiente, curæ illius fuit concredita. Inde commendatione D. Val. Andreæ ad aulam Brunswicensem, ut Principes Juniores in linguâ Gallicâ, prout Tubingæ jamdum fecerat, erudiret & cum illis ipsis peregrè abiret, vocationem oblatam, amicis prægnantibus ex causis eam dissuadentibus, recusavit. Vicarias deinceps operas M. Schmidio, Diacono Marpacensi cùm præstitisset, adèo sua dona, Josepho Schlotterbeccio, Superintendenti, totique Marpacensium Ecclesiæ commendavit, ut ipsum votis consentientibus Diaconum expeterent. Verum enimverò D. Andreæ Amanuensis loco usurus Stuttgardiam evocavit, ubi plurima magni momenti calamum ejus subierunt. Anno 1644. Ministerio, in pagis Neuweiler & Braitenberg, Diœceseos Calvensis, obeundo admotus per semestre quartanâ usque adeò laboravit, ut sub ipsis Concionibus Paroxysmo quandoque obrueretur, salario præterea destitutus. Elapso quinquennii 1645. Müncklingam, Leobergensis districtus, & anno 1651. Lienzingam,

gam, optione inter 40. Parochias datâ, traductus, tandem 1661. Superintendentiam Waiblingensem; anno 1669. Vaihingensem obtinuit, designatus insuper aliquot post annos Abbas Alpirspacensis in Hercyniâ, quam in Spartam anno 1680. translatâ in Monasterium familiâ, plenè immissus; ad ultimum Maulbronnam singulari Sereniſſimi Administratoris, Friderici Caroli, gratiâ ad consuetas Abbatis, Generalis Superintendentis & Consiliarii Ducalis in Senatu Provinciali & Synodo dignitates evectus est. Ex primâ Conjuge, Anna Maria, Josephi Geisselii, Institoris Calvensis filiâ, 8. liberos genuit, quos inter præcipuæ existimationis, Dominus Christophorus Zellerus, Ecclesiastes Aulicus, & Dominus Johannes, Medicinæ Doctor & Professor in Academiâ Tubingensi Primarius, Sereniſſimorum Wirtembergiæ Ducum & Principis Oetingensis Archiater; ex quibus & reliquis 24. Nepotes, pari utriusque sexus numero, vidit. Secundis votis 1687. d. 1. Aug. duxerat Annam Catharinam Eislingerinam, B. Winzelburgeri, Poligrammatei Cantstadiensis Viduam. Cæterùm & fratris, Johannis Ulrici, Consiliarii quondam intimæ admissionis relictam sobolem solicitè cum suis educavit. Theologus vigilans in officio, prudens in consiliis, placidi animi & festivi oris, de quo illud omnium maximè memoratu dignum, quod integrum Semiseculum in Ecclesiæ Ministerio exactum publicâ Gratiarum Actione, ex ambone Concionatorio, vegeto etiamnum corpore, concluſit, expansis manibus, tùm in Simeonis cantionem cygneam: Nunc dimittis servum tuum, Domine; tùm in hymnum exequialem:

So

So fahr ich hin zu JEsu Christ. ꝛc. dêsinens ipsâ Feriâ Jacobi. Quo facto tertiâ post die, quæ Saturni erat, cum Concionem Pastoris Zaisenhusani Investitoriam meditaretur, catarrho suffocativo primùm elinguis & insequente die Lunæ, vitæ temporalis exors redditus Jubileum in Cœlis inchoavit sempiternum d. 2. Augusti, 1694. ætatis 74. Ministerii 50. Homiliâ funebri parentavit M. Philippus Melchior Græter, Superintendens & Pastor Rosswagensis ex cantico Simeonis: Luc. II. v. 29. cujus thema: Seeliger Abschied Gott-Ergebener/ wohlversuchter und Treu-erfundener Diener. Idem Epigramma non inelegans adjecit:

Nescia compescì glìscens in Corde favilla
Materiam flammis repperit illa suis.

Encomium Viri, suumque affectum ad Effigiem ejus æri incisum expressit D. Joh. Adamus Osiander, Cancellarius Tubingensis:

Fronte sub hâc latitat Pietas, Constantia, Zelus,
Verior & quicquid Theiologia capit.
Externam faciem dedit æs, durumque metallum;
Interiora, Deus tu benedicte, tenes.
Hunc etiam Spiro & spero, Carissime fratrum,
Terra mihi dudum sordet, & astra peto.

Scripta.

Scripta.

DEr beste Freund im Himmel und auf Erden / auß *Ps. LXXIII. v. 25. 26.* über Catharinâ Joh. Wilhelm Ruthardten/ Vogts / Ehfrauen Tod; Stuttg. 1665. in 4.

Templum Nussdorffense restauratum, Einweyhungs-Predigt der Kirchen zu Nußdorff / auß *1. Maccab. IV. Cap. v. 36.--60.* Stuttgardt/ *Anno 1671. 4.*

Leichpredigt über Fr. Maria Salome Hirschmännin / *2. Tim. IV. v. 7. 8.* Tübingen / *Anno 1672. 4.*

JOHANNES ADAMUS OSIANDER, Tobiam Wagnerum in utroque munere tùm Cancellariatus, tùm Præposituræ Tubingensis excepit, lucemque hanc subiit 1622. d. 3. Decembr. Vaihingæ, nobili atque peramœno ad Entium Amnem oppido, quod Comitatui olim nomen dedit. Parens ejus fuit Johann Balthasar, Pastor ibidem & vicinæ Diœceseos Superintendens; Mater Catharina Harttmannia. Avus Paternus Johannes Osiander, Abbas Cœnobii Adelbergensis, Lucæ Osiandri, Concionatoris quondam Aulici, Filius, Andreæ & Lucæ Osiandri Cancellariorum Tubingensium, Frater, cujus virtutes deprædicat Melchior Nicolai. (a) Scholæ Patriæ adhibitus Ingenii præstantia & pertinaci

Nat. 1622. Cl. 1680. Ob. 1697.

(a) *In Concion. fun. ex Es. 57. 1. 2. habita anno 1626.*

tinaci ſtudio eas doctrinæ opes cumulavit, ut jam à ſtupendâ memoriâ haberetur clarus & coætaneos longo poſt ſe intervallo relinqueret. Quanquam autem miſerrimus Wirtembergiæ Status & jactura rerum ſuarum omnium unà cum Parentum & Propinquorum plurium, peſte extinctorum, orbitate curſum ſtudiorum non parùm impedirent ipſe tamen Dei providentia, & favore Joh. Frid. Jægeri, Conſiliarii Wirtembergicæ Aulæ Intimi adjutus, anno 1639. ætatis 17. Stipendium Illuſtre intravit; Ubi qui ultimum initio locum occupare jubebatur, mirâ Ingenii felicitate ita emerſit, ut intra exiguam temporis periodum evaderet primus, atque Anno 1642. Secundam capeſſeret Lauream. Uſus deinde Præceptoribus in Theologia fidiſſimis D. Melchiore Nicolai & Joh. Ulr. Pregizero, Cancellario Tubingenſi, Repetentis, quos vocant, munus anno 1647. obire cœpit, habitis cum Juventute ſtudioſa Collegiis Philoſophicis & Theologicis, *donec in* Vineam Domini extruderetur, factus primò Eccleſiæ Stuttgardianæ Vicarius, mox verò Diaconus Göppingenſis, quam Spartam ante Seculum præcisè nimirum Anno 1555. Lucas Oſiander, Proavus ejus ornaverat. Inde 1653. Tubingam ad Diaconatum promotus eximia, quæ Deus in eum contulerat, talenta, ſic excoluit, ut rariſſimo quodam Exemplo, cum Veteranis aliquot Theologis, præſente ac jubente Duce Eberhardo III. Doctor crearetur Anno 1656. Eodem Anno Profeſſionem Græcæ Linguæ Extra-Ordinariam, porrò Anno 1660. Ordinariam Theologiæ conſentientibus Votis adeptus eſt juncto ſimul Paſtoratu Oppidano. Quâ

in Statione Rectoratum Academicum tertiâ vice, Pro-Rectoris verò munus sub Serenissimo Principe Ludovico, Rectore Universitatis Magnificentissimo, totis duobus Annis cum Dimidio; Decanatum Facultatis pluries unà cum Deputaturis & Inspectione Stipendiorum Martiniani & Hochmanniani magna cum dexteritate gessit. Anno demùm 1680. contranitentibus licet quibusdam Jure-Consultis, Cancellarius Academiæ & Præpositus Ecclesiæ Tubingensis electus, amplissimo Muneri 16. Annos præfuit, magno Universitatis & Wirtembergiæ totius emolumento. Conjuges Sibi sociavit tres, nempe Annam Magdalenam Schipperiam, Anno 1650. Annam Mariam, Johannis Georgii Beehrii, J. V. L. Anno 1689. & Agatham Christinam, Joh. Lud. Dreheri, Abbatis Hirsaviensis Viduam, anno 1696. Cum duabus posterioribus vixit improlis. Verùm ex primâ suscepit 8. Liberos, & ex iis conjugatos vidit quinque, Filios nimirum duos, & tres Filias. Ex Filiis major natu Patri cognominis, Medicinæ Doctorem, Professoremque agit in Universitate Tubingensi; Alter vero Dominus Johannes, antehâc Professor Græcæ Linguæ & Stipendii Ducalis Ephorus, nunc verò Abbas Hirsaugiensis, Regiæ Majestatis Sueciæ & Serenissimorum Wirtembergiæ Ducum Consiliarius atque Consistorii Ecclesiastici Director. Generos habuit Dominum D. Joh. Wolffgangum Jægerum, modernum Cancellarium Tubingensem, Ægidium Adamum Zinckium, J. V. D. & Consiliarium Oetingensem, atque Dominum Tobiam Meurerum, Gymnasii Stuttgardiani Rectorem. Quantus de cætero Vir fuerit Osiander,

tota

tota quaquaversum patet Ecclesia Lutherana deprædicat, loquuntur exteri, Scriptá testantur. Communem non Wirtembergiæ solùm, sed & Suecorum Præceptorem, absque ullius injuria meritò quis dixerit. Ut enim pauci in Wirtembergia Ministri vivunt, qui de ipsius Informatione sibi non oppidò gratulentur; Ita & Sueci magno numero, quasi certatim, ad pedes hujus Gamalielis confluxerunt. Sanè in hoc Viro Tubinga possedit, quod Jena in Gerhardo & Musæo, Lipsia in Hülsemanno & Scherzero, Witeberga in Hunnio & Calovio, Helmæstadium in Calixto, Rostochium in Dorschæo, Argentoratum in Dannhauero & Schmidiis suis, quæ enim sparsim aliis ea simul conjuncta Osiandro fuerunt dona, teste D. Müllero. (b) Ingenii quippe acumine, (sunt verba Andreæ Caroli, Historici nostratis) multiplici eruditione, dexteritate rarâ, ut & laborum patientiâ nemini maximorum secundus erat. Theosophus insignis; Philosophus excellens; Orator gravis; Disputator Singularis exempli & penè incomparabilis; Heluo Librorum & librorum promus condus; (c) Nemo unquam ex Cathedra Respondentem vicit; argumentantis vim etiam Doctores quandoque, non sustinuerunt: hinc & apud Viros Principes, præsertim verò Regem Sueciæ Carolum XI. Cui Theologiam Casualem inscripserat, ejusque Purpuratos maximo in æstimio fuit; (d) in rebus gravissimis, etiam à celeberrimis Theologis plurimùm consultus & insignibus elogiis cumulatus. Kilianus Rudrauffius jam anno 1670. eum vocavit

(b) *Epiced Cons. Fun. subjunct. p. 60.*
(c) *Caroli Memor. Libr. X. p. 766.*
(d) *Vid. Cons. Fun. p. 46.*

vocavit Theologum instructissimam & optimè meritum, quem in materiâ de Jure Dei in Creaturas sæpissimè laudat. (e) D. Speneru illum appellavit Theologum acutum & excellentem. (f) D Majerus Theol. consummatissimum. (g) Magnus verò Pufendorffius Theologum judicioſissimum & ingenioſissimum, cujus laborem in H. Grotium non parvi æstimavit, quicquid alii ex ordine Politicorum de eo judicaverint. (h) Unde non inmeritò Ecclesiæ Lutheranæ Ocellum dixerunt Academiæ Proceres, qui eo tempore oculos clausit, quo salutaribus ejus consiliis & imperterritâ operâ maximè indigebamus: Progr. p. 4. Anno 1682. cum Rocco de Spinola, Episcopo Thinensi in Croatiâ, qui, vero an ficto Pontificis Romani jussu, nova Concordiæ Ecclesiasticæ inter Protestantes ac Pontificios sanciendæ consilia proponere volebat, Bernhusæ haud ignobili pago sesquimilliari à Stuttgardia distante, ex peculiari mandato Sereniſſimi collocutus, masculè pro Veritate stetit, solidamque suam eruditionem sic ostendit, ut prædictum Spinolam in sui admirationem raperet. Decessit Vir inclytus ex stertore apoplectico, quô & Proavus ejus Lucas Osiander extinctus fuerat, die 26. Octobr. Anno 1697 ætatis 75. Ministerii prope 50. sub finem Vitæ Concionem habuit ex Es. LXIII. Torcular calcavi solus, largiter fluentibus lacrymis, & jam adeò viribus deficiens, ut in Suggestum & ex illo duceretur. Visitan-

(e) *Vid. Rudrauff. Theol. Ancill. p. 409.*
(f) In der GOttes Gelehrtheit/ *p. 166.*
(g) *In Epistol. ad B. Virum Scriptâ.*
(h) *Pufend. Specimen Controvers.*

tibus ægrotum propinquis & Medico, dixit: Tempus esse calamitosissimum & magnum infortunium præ foribus stare. Beatum itaque, quem è tempestate surripiat Deus. Sed & Academici post illius mortem opinati sunt: solutâ hâc candidissimâ *nive* lutosum fore; quod utrumque Vaticinium eventus proh dolor! comprobavit: Exequias ejus concione ex Hebr. XIII. v. 7. habitâ obsignavit Dominus Andreas Adamus Hochstetterus, tùm Diaconus, nunc Professor & D. Theologiæ, à B. Cancellario plurimi æstimatus & impensè dilectus. Oratione verò solenni Germanicâ, Dominus Joh. Christoph Pfaffius itidem Prof. P. & D. Theologiæ, famigeratissimus, Stipendii Superattendens Primarius. Subjungimus nos Epigramma in mnemosynon, Præceptoris æternùm cum benedictione memorandi:

Quis fuerit { *sculpto præsens Osiander in ære,*
{ *parvâ tumuli compostus in urnâ,*
Quæris? Doctorum Bibliotheca fuit.

Programma Universitatis repetiit Henricus Pippingius DCC. V. Memor. L. p. m. 690. ubi & scriptorum exhibet Catalogum, qui Concioni Exeq. est subjunctus. Ex epicediis libt addere monumentum honoris, quod Michael Müllerus D Osiandri quondam discipulus & postea Collega per multos annos & tandem successor construxit exiguo ait, sed victuro opere:

Chem-

CHemnitii laudes, Polycarpi encomia & Hunni
Gloria, cum Brenti sedulitate pia.
Si conjungantur, si vasta volumina Magni
Gerhardi extollis clara Salana Tui:
Si placeat gemino rutilans Osiandria virtus
Lumine quo dudum fulsit in occiduo.
An fortè Hülsmannus major tibi maximus Heros?
Lipsia quo quodam condecorata fuit.
Alsatica an mavis Dorschæi nomina, Schmidi,
Aut Dannhaueri, Lumina quanta Virûm?
Sin placet è nostris Nicolai doctus & acer
Tot scriptis victor, vane Forere, tuus.
Omnes miraris? meritò! Mihi crede Viator
Cuncta tamen noster dona Osiander habet.
Non habet. Ast habuit! Lacrymarum fundite rivos
Neccarides Musæ, mæsta caterva geme.
O Pater, ô nostræ pullate auriga Tubingæ
Terrigenas linquis? Cœlica regna petis?
Effugis ex oculis? caput inter nubila condis?
Heu! schola, caligo quæ premet atra tuos!
Solamen miseris unum. Vox æthere ab alto
Lapsa: Deum video gaudia quanta mei.
Hanc vix reddebat solito depressior Echo
Nubila cum totum surripuère Virum.

Michael Miller/ D. P. P.
Eccl. Tub. Pastor.

Scripta.

Theologica.

TYpus Legis naturalis & Moralis, Tubingæ, 1669. in 4.

Theologia Moralis, Tubingæ, 1671. 4.

Tractatus de Sabbatho, Ibid. 1672. 4.

Theologia Casualis, in qua quæstiones dubiæ & Casus Conscientiæ circa credenda & agenda enucleantur, Tubingæ, 1682. in 4. Carolo XI. *Sueciæ Regi dedicata & duobus vastis Tomis constans.*

* *Judicium de illa Side in Act. Erud. Lips. An. 1682. mense Septembri.*

Collegium Theologicum in Augustanam Confessionem, Stuttgardiæ, 1683. in 8.

Collegium Controversiarum, quo distinctiones Theol. cum Argumentis Theticis per seriem Locorum Theol. exhibentur, Tubingæ, 1683. in 8.

Collegium Considerationum in dogmata Theol. Cartesianorum, Ibid. 1684. in 8.

* *Vid. Mens. Jul. Nobell. Reip. Lit. An. 1684.*

Collegium Systematicum Theologiæ Universæ, multorum votis expetitum, Stuttgard. & Francof. 1686. in 4.

Prælectiones Academicæ in præcipua & maximè controversa Novi Testamenti loca in duas partes distributæ, Tubingæ, 1686. in 8.

Examen Censuræ Witticbianæ, Tubingæ, Anno 1688. in 8.

Theologia Positiva Acroamatica Exercitationibus publicis jam Anno 1679. edita & sub titulo præsenti renovata, Tubingæ, 1690. in 4.

Animadversiones orthodoxæ in tres libros Francisci Turretini Theologiæ Elenchticæ, Tubingæ, An. 1693. in 4.

* *Vid. Mens. Jul. & Aug. Eph. Erud. Belg. 1694.*

Exegetica & Homiletica.

Commentarius in Pentateuchum, Stuttgardiæ, 1676. 1677. 1678. fol.

Commentarius in Libros Josuæ, Judicum, Ruth & duos libros Samuelis, Tubingæ & Stuttgardiæ, An. 1681. 1682. 1687. fol.

Dispositiones in Evangelia Dominicalia & Festivalia singulari methodo exhibitæ Fasciculis XIV. Tubingæ, 1665. 1697. in 4.

Ultima Jacobi, h. e. Oracula de duodecim filiis Israëliticarum tribuum capitibus. ex Gen. XLIX. Ibid. 1669. in 4.

Dispositiones in Catechismum Wirtembergicum cum annexis quatuor in Historiam Passionis Dominicæ, Ibid. 1674. in 4.

Dispositiones in Catechismum Lutheri, Tubingæ, 1683. in 4.

Historica.

Chronotaxis Historica Patriarcharum, Regum, Imperatorum, Conciliorum, Patrum & Scholasticorum, Tubingæ, 1673. in fol. regali.

De Asylis Hebræorum, Gentilium & Christianorum, Ibid. 1673. in 4.

De Jubilæis Hebræorum Christianorum & Academiarum, Ibid. 1677. in 4.

De Magia Tractatus Theol. Historicus.

* *Vid. Tom. VII. Biblioth. Univers. & Hist p. 331. ubi J. Clericus istius Author Tract. hunc Osiandri laudat ut exactè scriptum. conf. Mens. Jun. Novell. Reip. Lit. An. 1687. in 4.*

Philosophico-Theolog.

Observationes in Hugonem Grotium de Jure belli & Pacis, Tubingæ, 1661. in 8.

Annotationes in Ethicam Geilfusii, Ibid. 1680. 8.

Collegium Metaphysicum & Physicum Theologiæ accommodatum & Systemati Theol. annexum, Stuttg. 1686. 4.

Orationes.

Oratio de Stella Magorum insolita, Tubingæ, 1665. in 4.

* *Laudatur ea, quod brevissimè omnes de Cometis sententias recenseat, & Theatro Cometico Stanislai Lubienitii præfertur à Cl. Morhofio. Polyh. Tom. III. p. m. 413.*

Idea lapidis miraculosè geniti in memoriam Nativitatis Dominicæ, Tubingæ, 1667. fol.

Oratio Secularis in Jubileo Academico Secundo dicta, extans p. 88. seq. Ibid. 1677. fol.

Disputationes.

Θεμα ἀπειρον de Scientia divina, Tub. Anno 1656. in 4.

Exer-

Exercitationes de notitiâ Dei innatâ, acquisitâ naturali, Tubingæ, 1657. in 4.
Lucas Medicus, 1658. in 4.
Dissertationes de Nominibus divinis, 1659. 4.
De conditionato Electionis decreto, 1660. 4.
Sinus Abrahæ ex Luc. XVI. Tub. 1662. 4.
De raptu Pauli ex 2. Cor. XII. Ib. 1662. 4.
De Gogo & Magogo, Ib. 1664. 4.
De Mysterio Trinitatis, Eod 4.
De Consummatione Seculi, Disput. quinque. Ibid eod. in 4.
Exercitationes Thummianæ ab An. 1661. usque 1664. Ibid. 4.
Deus in lumine naturæ repræsentatus, 1665. 4.
Deus in lumine Gloriæ repræsentatus, 1666. 4.
Specimen Jansenismi, Ibid. 1666. in 4. passim laudatum.
Jubilæus Angelicus ex Luc. XV. v. 7. 10. Ibid. 1670.
De Arnoldismo, Ibid. De Cœlibatu, Ibid.
De Votis, Ib. De Pontificiorum Sacrificio Incruento.
De bello Papali Cathedrali, Ibid De Pontificiorum secreto & peregrino sermone in Canone missali, Ibid.
De Canonizatione & cultu sanctorum contra Pontificios, Ibid.
De Scripturâ S. Ibid. De attributis Scripturæ S.
De Judicio Sacræ Scripturæ decisivo in Controversiis Religionis. R. *Conrado Horlacher. Ibid. Anno 1686. 4.*
De peccato in Spiritum Sanctum, Ibid.
De statu & Oeconomia Vitæ primævæ, Ibid. Anno 1679. 4.

De Adami ejusque posterorum incredulitate, 1678. in 4.
De Arrianismo antiquo & novo.
De intercessione Christi & Spiritus S. Ibid.
De satisfactione Christi, Ib De fide Infantum, Ib.
De renovatione, Ibid. De novissimis, Ib.
De Vitâ æterna, Ibid. 1680. 4.
λυτρολογία ex Matth. XX. v. 28. Ib.
De Theologia Pauli Actor. XVII. v. 22. 23.
De Sacrificio Caini & Abelis, Ibid.
De perspicuitate Scripturæ S. ex 2. Petr. I. v. 19. Ib. 1697.

Rarioris Argumenti præter nonnullas jam citatas.

De luce primigenia.
Palma Concordiæ Secularis pro Scenopegia Jubilèi Formul. Concord. Ib. 1680. 4.
Disputationes in Aug. Confessionem, Tub. 1687. in 4.
Dissertationes XII. de Luce Creatâ & Increata, Tub. 1687. 1691. 4.
Classicum Paulinum ad pugnam Spiritualem ex Ephes. VI. v. 10. contra Balthasarem Bekkerum Mundi fascinati Authorem. Pr. M. Christiano Hochstetter, Ibid. 1696. in 4.

Juridico-Theolog.

De Jure Patronatus, Episcopatus, Clericatus eorumque Accessoriis, habita in Auditorio Juridico. Pr. M. Frid. Benjamin Speidel. Tubingæ, 1681. 4.
De Jure Magistratus circa Sacra, Ibid.

Germa-

Germanica & Conc. Fun.

Beantwortung der 30. Straßburgiſ. Articul und eines Brieffs von Straßburg/ *puncto* der geſuchten *Union*, wie auch an Hrn. *Dr.* Speknern/ 1785. 8.

Beantwortung deß widerhohlten Jeſuitiſchen Kurtz und Gut/ 1685. in 8.

Leichpredigt über Herr *M.* Bernhardt Wagnern / *Special-Superattendenten* und Stadt-Pfarrern zu Göppingen/ auß *1. Cor. XV. v. 19.* Tübingen/ 1672. in 4.

Leichpredigt über Joh. Ulrich Pregizern/ *Theol. Lic.* und *Prof. Philoſoph. Mor.* auß *Luc. II. v. 29. Ibid. 1672. 4.*

Hauptgut der Schäflein Chriſti / auß *Johann. X. v. 27. 28.* bey der Leichbegängnuß / Hrn. David Scheinemanns / *J. U. D.* & *Prof. Ordin. in Ill. Collegio*, Tübingen/ 1676. 4.

Grundfeſte der Seeligkeit auß *Joh. III. v. 3. 16.* bey der Leichbegängnuß *Rectoris Magnifici*, Hr. *Joh. Andr. Frommanni, U J. D. Ib. 1690. in 4.*

Memoria Juſti apud Deum deſiderabilis, auß *Nehem. XIII. v. 31.* bey der Leich Hr. Joh. Adam Kurrers/ *J. U. D.* und *Prof. Publ. Ib. An. 1692. in 4.*

Himmliſcher Schutz in Widerwärtigkeiten/ auß *Rom. VIII 35. ſeqq.* bey der Leichpr. Herrn *Burckhardi Bardili*, *J. U. D.* und *Prof. Publ. Ib.* 1692. 4.

Gottſelige Sterbens-Kunſt / auß Pſ. 39. v. 6. bey der Leich Fr. Suſanna/ J. J. Bauren/

Burgermeisters Ehfrauen / *Ibid.* 1694. in 4.

& aliæ complures.

Manuſcripta.

Paraphraſis totius S. Scripturæ abſoluta jam Anno 1674.

Collegium Controverſiarum Illuſtrium ; (profundiſſimam Theologiam continens)

Theologia orthodoxa Patrum.

Epicriſis in Canones Apoſtolorum.

Delineatio omnium Conciliorum.

Homiliæ Latinæ in Epiſtolam ad Philippenſes.

Conf. omninò Conc. Funebrem.

Nat. 1623. Ob. 1669. JOHANNES FRIDERICUS LAUXIUS, Chriſt. Zelleri in Miniſterio Aulico Collega, & Conſiſtorii Sacri Adſeſſor natus Tubingæ 1623. d. 22. Octobr. Patre, Marco, Stipendii Ducalis Procuratore, Matre, Chriſtina Neufferianâ. Literis in Schola patriæ tàm triviali quàm Academicâ excultus, Clauſtrales non intravit, ſed Anno 1636. ætatis 13. primam & 1639. ſecundam lauream quarto inter coætaneos loco accepit. Præceptoribus in Philoſophia uſus Joh. Geilfuſio, Zacharia Schæfero, F. Herm. Flaydero, & Joh. Martino Rauſchero. Anno 1645. Stipendii Ducalis Repetens factus geminas habuit diſputationes, in quarum una quæ erat de Juſtificatione, accidit, ut Pontificius quidam Thraſo, qui magno conatu & ſcomma-

scommatibus multis veritatem oppugnaverat, publicè redderetur convictus & confusus. Anno 1649. Diaconiam Uracensem & biennio post 1651. Stuttgardianam in Nosocomio, anno 1656. Diaconiam in Cathedrali & insequente Anno Superintendentiam Waiblingensem reportavit, ex qua porrò Anno 1658. ad Ecclesiastis Aulici & Consistorialis Officium per suffragia ipsius Consistorii Stuttgardiam revocatus undecim annos illud administravit ex voto non tantùm Ministrorum, sed & Principis Eberhardi III. cum quo Anno 1664. ad Comitia Imperii Ratisbonam descendit. Conjugium iniverat primò cum Susanna M. Josephi Harttmanni, Diaconi Ess-lingensis Filia; deinde cum Anna Catharina Johannis Wolffgangi Herzii, Senatoris Cantstadiensis, gnata, susceptis ex utraque 15. Liberis; felix ex quibus paterna vestigia premit, Joh. Fridericus Lauxius, Grüningensium Superintendens. Laudatur à Parentatore, ob sinceritatem animi, integritatem in officio, detestationem vanitatis, beneficentiam in pauperes, eximiam pietatem, humanitatem insignem, aliàsque Virtutes Theologicas. Diem clausit supremum publico omnium, etiam ipsius Principis, luctu, ex dysenteria tùm grassante Anno 1669. d. 3. Julii, ætatis 45. Ministerii 20. vid. Conc. Funebr. à Joh. Laurentio Schmidlino habitam ex Es. LVII. v. 2. pag. 34. Anagramma Exequiale inter alios addidit M. J. G.

Kaußler.

LAU-

LAUXIUS

per Ἀναγράμμα

LUX VISA.

LUX erat in Terris non condita (a) VISA docendo,
Nunc Lux in Cœlis Stella (b) Decusque nitet.

Scripta.

Leichpredigt über den Würtembergischen Erb-Printzen Johann Friderich / so in Engelland gestorben / auß Hiob *XIV.* v. 1. 2. Stuttg. 1659. 4.

Herzlicher Zustand der Glaubigen / vor in und nach dem Tod / über Joh. Jac. Waltern / Fürstl. Printzen *Informatoris*, auß Ps. 4. v. 9. Stuttg. 1666. 4.

Nat. 1624.
Cl. 1680.
Ob. 1702.

GEORGIUS HENRICUS KELLERUS, SS. Theol. Doctor & Professor, Ser. Consiliarius, Ecclesiæ Tubingensis Præpositus & Monasterii Alpirspacensis designatus Abbas, Hornbergæ haudin celebri in Sylva Marciana Oppido nascebatur Junio an Julio mense incertum, anno 1624. Patre Cornelio, Urbis Præfecto, Matre Annâ Mariâ Moseriâ. Nondum pueritiæ spatia emensus anno 1638. Patrem amisit

(a) *Matth. 5. v. 15. 16.*
(b) *Dan. XII. v. 3.*

amiſit Herrenbergam traductum, unde Mater Tubingam concedens Filium Scholæ Anatolicæ admovit, qui triennio poſt albo Studioſorum inſcriptus inque Stipendium Ducale receptus eos fecit progreſſus, ut brevi tempore utrâque Philoſophiæ laureâ ornaretur, atque in ſecundâ quidem conferendâ primum inter Competitores locum haberet. Hinc ad Theologiæ Studium converſus haud infelicius id ſuccedere ſibi tribus publicis Diſputationibus oſtendit, Ingeniique morum & eruditionis tàm præclara dedit Specimina, ut in eorum Magiſtrorum numerum, qui à repetendis Profeſſorum Lectionibus Repetentes appellantur, cooptari meruerit. Intermedio hoc tempore aliquoties in Miniſterio Eccleſiaſtico, ut Neoburgi, Waltdorffi, Stuttgardiæ juſſu Illuſtris Conſiſtorii vicariam operam præſtitit, donec anno 1653. Kirchemium propè Tecciam ad munus Diaconi oppidani obeundum legitimè mitteretur. Quo in loco cùm per quinque annos & dimidium fidelem ſe myſteriorum Dei diſpenſatorem præſtitiſſet, mandato Sereniſſimi Derendingam, pagum Tubingæ vicinum, migrare juſſus eſt, ut præter curam iſtius Eccleſiæ Tubingenſis pariter ac Bebenhuſanæ Diœceſeos Sacram præfecturam Superintendentis nomine, ſuſciperet. Eo in loco cauſis mixtis & laboris moleſtiarumque onere fatigatus pro inſigni beneficio habuit, cum hanc adminiſtrationem cum munere Paſtoris & Superintendentis Böblingani, nondum completo ibi triennio, commutare juberetur. Iſto nidulo apprimè contentus, nec ampliorem dignitatis gradum appetens, nihilominus 1670. Tubingam vocatus Profeſſionem Theologiæ

Extra-

Extraordinariam, cui munus Superintendentis in Theol Stipendio cum functione Ecclesiastica annexum esse solet, susceptit, paulòque post Doctor Theologiæ creatus, undecim annos dextrè administravit. Quibus elapsis 1681. B. Raithio in Professione Theol. ordinaria, primarii Superintendentis Stip. loco & Decanatu Ecclesiæ Successor datus, summâ itidem fide & industriâ gravissimis hisce muneribus octodecim annos præfuit, medioque tempore fasces Academicos quater gessit, sæpius Ordinis sui Decanus fuit, quin & duobus ultimis annis Pro-Cancellarii Dignitatem optimè sustinuit. Quare Sereniſſimus Princeps Viri benè meriti Senectutem consolaturus anno 1699. honorificentissimum Præpositi Tubingensis Ecclesiæ, Abbatisque Alpirspacensis Titulum cum hujus Salario concessit, ætatisque vacatione de cætero uti jussit. In Matrimonium duxit Martham, Christophori Reuchlini, Consulis Wilensis prope Kirchemium, Filiam, ex qua undecim Liberorum Parens & quindecim Nepotum Avus factus. E Filiis major natu Cornelius, Superintendentem hodie Leobergensem agit. Erat ipse Sanctus & Venerandus Senex, qui veri Theologi munus non ambitiosis vel Scriptis vel orationibus, sed pietate & utilitatis, salutisque Auditorum studio æstimavit, rerumque suarum satagere & munerum partes sibi demandatas rectè fideliterque obire studuit. (a) In Silentio & Spe fortis, cujus Symbolum erat: In Te Domine speravi, non confundar in æternum. Eruditionem possedit non minùs elegantem, quàm solidam, teste Andr. Adamo Hochstet-

tero

(a) *Vid. Progr. Univers. Tubingens.*

tero Professore Theologo, qui Disputationes ejus de Remissione Peccatorum in V.T. contra Joh. Coccejum exaratas in testimonium producit. (b) Animam piam vitæque saturam efflavit Anno 1702. d. 1. Octobr. ætatis 78. Ministerii penè 50. Professionis Theol. 30. Conjugii 49. Concionem Funebrem dixit Jacobus Fridericus Hochstetter, Diaconus Tubingensis ex Ps. 35. v. 3. Oratione Germanica parentavit D. Andr. Ad. Hochstetter, Theol. Prof. Joh. Ulricus Erhardus, hodie Prof. Stuttgard. Gymn. cum sub ejus disciplina viveret, elegans de eo fecit epigramma:

Victa jacet pietas? terras Astræa reliquit?
Falsum est, in terris dum tua mens habitat. (a)

Scripta.

Disputatio de Remissione Peccatorum in Veteri Testamento contra Joh. Coccejum.
De Auditu Verbi Divini.
De Malo inhabitante.
De Reformatione Ecclesiæ.
De Ecclesiâ Infantum.
De Magistratu Politico.

Germanica.

Leichpredigt über Herrn Ludwig Berchtolden/ Ober-Vogten und Ober-Hofmeistern im *Collegio Illustri* zu Tübingen/ auß *Ps. XCI. 14. 15. 16. Tub. 1686. fol.*

Leich-

(b) *Orat. Parental.*
(a) *Vid. Domini Authoris Epigrammat. p. 110.*

Leichpredigt über Balthasar Raithen / *Theol. Doctoris* und *Prof. P. Ordin.* Tod / auß *Ps.* 126. 5. 6. *Ibid.* 1683. 4.

über Benedict Hopffers / *Rectoris Magnifici, Philos. Moralis Profess.* und *Magistri Domus* Leich-Begängnüß / auß *Matth. XXV.* 34. *Ibid.* 1684. 4.

über den Tod *Eliæ Rudolphi Camerarii, Medicinæ D.* & *Professoris*, auß *Ps.* 4. *v.* 9. *Ibid.* 1695. 4.

über *Annam Mariam, Thomæ Lansii*, Wittib / auß Ps 73. 25. 26. Tübingen / 1683. 4.

Nat. 1625. *Obb.* 1668.

TOBIAS CANTSTETTERUS, Antistes & Ephorus Ecclesiæ Brackenheimensis militare cepit An. 1625. Obera Riexingæ Wirtembergici Ducatus oppidulo; *Præ*fectum loci parentem, & matrem, *Alberti Bauhofii*, Præsulis Hirsaugiensis filiam, nondum sexennis orphanus deplorans; Non exiguas ab avo & parentibus opes ad octodecim millia florenorum æstimatas temporis subsecuti injuriâ & curatorum malâ fide omninò ferè perdidit, ut eâ de causâ opificio jamjam admovendus esset, nisi Præceptore Tubingensi Lindio, cujus mensâ & informatione utebatur, procurante ingenium non vulgare ad studia & usum Ecclesiæ majorem fuisset retractum. Itaque more consueto literis in Scholâ & Academiâ Tubingensi probè excultus Verbi ministerium in Diaconia Lauffensi primùm obire jussus est. Ubi cum dotes

dotes Viri & industria magis magisque innotescerent, ad Ober-Riexingensem Parochiam alterum promotionis gradum; & elapsis aliquot annis tertium ad Pastoratum Oppidi Brackenheimensis fecit, cui exiguâ temporis intercapedine Vicinarum Inspectio Specialis, Principis & Consistorii jussu accessit. Maritam Deo providente sortitus est Zellerianâ stirpe oriundam, quæ diversos ei peperit liberos. Filium quidem Pastorem Kornwestanum paucis abhinc annis cœlitibus additum; & Filiam Domino Erico Weismanno, Rectori tùm Hirsaugiensis Collegii, nunc Antistiti Stuttgardiano, elocatam, ante decennium ferè terrenis ereptam. Dona Viri & luctam sub ignitis Satanæ telis gravissimam loquitur scriptum mox recensendum. Varios & acerrimos tentationum impetus peculiari libello consignaverat, quem sandapilæ suæ & manibus inferendum præcepit. Nimis obesi corporis cum fuisset, catarrho suffocatus repentino bonum certamen abrupit summo Brabeuta evocante An. 1668. ætatis 43. Tantum ex ore MAXIME REV. & Dignissimi Domini Er. Weismanni, Theologi nunquam sine honoris præfatione nominandi.

Scripta.

Trüber Brunn und verderbte Quelle Menschlichen Hertzens / das ist / Schrifftmässiger oder Christlicher Bericht von bösen Gedancken / angefochtenen / bekümmerten und versuchten Hertzen zur Lehre / Warnung / Erinnerung / Besserung und

Trost auß GOttes Wort verfaßt / und mit *Lutheri* Zeugnüssen bey allen Haupt-*Puncten* erläutert und vermehret. Drucks und verlags Balthasar Christoph Wusts in Franckfurt am Mayn im Jahr Christi/ 1673. in 12.

* *Vid. Ephraimi Prætorii Bibliothecam Homileticam in Indice lit. C.*

Capita hujus Scripti singulis emblematibus distincta sunt hæc:

1. *Cap.* Woher böse Gedancken kommen?
2. *Cap.* Wie vielerley derselben seyen / und von deren Unterscheid.
3 *Cap.* Was böse Gedancken sind nach Urtheil der H. Schrifft.
4. *Cap.* Vom Streit wider böse Gedancken und deroselben Dämpffung.
5. *Cap.* Von den End-Ursachen und Nutzbarkeiten deß Kampffs wider böse Gedancken / so man sich recht darein schickt.
6. *Cap.* Von beständigem Trost wider böse Gedancken.
7. *Cap.* Ein Betbüchlein in solchem Kampff zugebrauchen.
8. *Cap.* Von etlichen sonderbahren Einwürffen und Außflüchten der Angefochtenen von bösen Gedancken / wie denselben zubegegnen.

9. Cap. Von guten Gedancken / wie dieselbe zuerwecken und zuerhalten.

PAULUS ACHATIUS DASERUS, Serenissimi Consiliarius, Abbas Regiofontanus & selectioris Senatus in Curia Provinciali Adsessor, patriam habuit Stuttgardiam d. 20. Decembris, Anno 1626. natus. Patrem honoratioris Ordinis, Paulum Daserum, Medicinæ Doctorem, Archiatrum Ducalem & Poliatrum Stuttgardianum Ordinarium; Matrem Annam Catharinam, Matthæi Aulberi, Redituum Ecclesiasticorum Consiliarii filiam. Avum Wilhelmum, J. U. D. & Senatus Justitiæ Collegam tricenarium; Proavum Ludovicum Daserum, Ducalis Sacelli olim Magistrum. Lavacro regenerationis fœderi gratiæ & Communioni Ecclesiæ insertum, magnâ industriâ & solicitudine ad cognitionem veræ & salvificæ doctrinæ, veram pietatem & precum frequentiam manuduxere parentes. Cumque à dextrâ Domini benignâ ingenio acri præditus esset, verbi ministerio eum consecrârunt ludo litetario Bietigheimensi, deinceps autem Stuttgardiano immissum, ubi in utrâque linguâ tàm Græcâ, quàm Latinâ, nec non in Dialecticis atque Rhetoricis tales fecit progressus, ut occupatis eâ tempestate per Pontificis satellites, Monachos puta, Cœnobiis idoneus reputaretur, qui Tubingæ studia continuaret in Illustre Seminarium receptus, ubi in tertium usque annum Philologiæ & Philosophiæ operam navavit, diversaque eruditionis specimina laudabiliter edidit. Anno 1644. d. 31. Julii Magisterii gradum inter

Cl. 1680. *Ob. 1694.* *Nat. 1626.*

12. Competitores quartus assumsit, triduo ante Baccalaureus, pro istius temporis ratione, creatus. Theologiæ postea non minori diligentiâ & Zelo, adspirante Numinis divini gratiâ, incumbens, in Scripturâ S. in libris symbolicis & puriorum Theologorum scriptis ita versatus est, ut thesin & Antithesin quàm optimè teneret, atque rarioribus tùm exercitiis Academicis, de fide nihilominus sub D. Melchioris Nicolai, celebris Theologi & Pro Cancellarii præsidio disputaret; Sed & Musices peritiâ excellens, directioni ejus inde à primo Magisterii anno ex superiorum mandato præfectus est. Exantlato Examine Theologico coram Illustri Consistorio, diversis in patriæ locis vicarias præstitit operas, omnibusque dexteritatem & pietatem probavit. Pace Imperio & Ecclesiæ per Dei Clementiam redditâ, & restitutis passim Templis, quæ Pontificii An. 1634. occupaverant, Celsissimus Princeps Eberhardus An 1649. eum Diaconiæ Blabyrensi admovit, ubi simul Parochiam in Pappelau cum filiabus administravit; Exacto ferè triennio, ad Pastoratum Oswilensem, Gröningensis districtus promotus, integrum decennium inter geminas dynastias, bonorum onerumque causâ semper discrepantes, insigni patientiâ complevit, donec An. 1660. vicinam stationem Pastoratus Schweikheimensis capesseret, ubi ad dies vitæ perseverare constituerat. Enimverò Pater familias, qui operarios fideles in messem suam extrudit, eum ad Decanatum Sulzensem ob varias virtutes An. 1662. & elapso quinquennio, ad Ephoriam Göppingensis Diœceseos provexit. Cui cum inculpatæ vitæ Exemplo & illibatæ doctrinæ puritate in solatium Audito-

torum, egregiè præesset, Princeps Serenissimus ab initio designaturam Abbatiæ Vicinæ Adelbergensis adjecit, quam An. 1675. Insulæ Murrharensis & mox eodem anno Hirsaugiensis plenaria collatio est subsecuta. Neque intra hos terminos substitit Clementia Ducalis, quin 1676. mense Novembri Consilio Provinciali, quod Majus vocant, & 1683. mense Martio, Selectiori, quod Arctius appellant, eum allegeret. Denique variis de causis Anno 1688. Abbatiam Regiø-fontanam etsi æstimio minorem, relicta Hirsoviana cum ambiisset, eâ haud difficulter reportata, Göppingæ domicilium fixit. Istam mutationem haud absque singulari Numinis divini providentiâ factam eventus docuit, cum post biennium Monasterium Hirsovience cum oppido Calvensi, à Gallis in Ducatum toto exercitu irrumpentibus, in cineres fuerit redactum. Maritali fide sese obstrinxerat An. 1649. d. 18. Sept. Veronicæ, Jacobi Zolleri, Senioris quondam & Ecclesiastis matutini Biberacensis, filiâ, quacum 45. annos placidissimè transegit, sex pignoribus maritum exhilarante, ex quibus 29. nepotes amplexus est. Filiorum unus hodie est Parochus Grumbacensis. Alter, Ludovicus Hercules Oppiduli Beilsteinensis Pastor. Tertius Jacobus, olim Saxenheimensis Præfectus, ab Hussaris An. 1693. studio an errore incertùm, sclopeto trajectus. Generum ei filia Juditha dedit M. Joh. Jac. Löbertum, Diaconum Schorndorffensem. Ipse Abbas erat prudentiâ & pietate eximius. Humanitate, comitate & affabilitate insignis. Alumnorum non tàm Præsul, quàm Pater fidelissimus, sub cujus pedo & ipse solidiorem fidei & literarum no-

titiam, Præceptoribus Domino Matthæo Eſenweinio, Calvenſium Superattendente, & M. Friderico Moſero, dudum & præmaturè vivis erepto, percepi. Amiſſæ paulò ante obitum amantiſſimæ conjugi epicedium lugens poſuit ſequenti carmine:

Ergò recrudeſcunt quæ conſenuiſſe putabam
Vulnere jam rurſus vulnera priſca novo.
Cum cædit Pater eſt, Pater eſt Deus oſcula jungens
Hæc nos frangi animis, illa perire vetant.
Sed ne deficiam nimiâ ſub mole, dolenti
Chriſte ſalutares porrige, quæſo, manus
Interea ſi quid de TE bona fama loquetur,
Sola facit Virtus: Chara marita Vale!

Editâ fidei & peccatorum nervosâ homologeſi in doctrinâ Evangelii, quæ in Scripturâ S. ſymbolisque Eccleſiæ tradita eſt perſeverantiam conteſtatus, febrè malignâ conſumtus, placidè expiravit d. 6. Octobris 1694. ætatis 68. Miniſterii 45. Textum exequialem ſymboli loco ab ipſomet electum ex 2. Timoth. I. v. 12. luculenta expoſitione pertractavit Dominus G. Burckhardus Knöbelius, tum Superintendens Göppingenſis, hodiè Abbas Mulifontanus & Tetrarcha Wirtembergiæ, repræſentans: Eines aufrichtigen Pauli Himmliſche Beylage / oder Aſſecuration, ſeiner Seelen Seeligkeit. impreſs. Stuttg. 1694. Inter Epicedia notatu dignum eſt Joh. Georgii Eſſichii Gymn. Stuttg. Rectoris:

Urbs facilis victu eſt, ubi muros occupat hoſtis
Cum domitis unà mœnibus illa ruit.

ABBA-

ABBATES obeunt, tuus olim Patria MURUS,
Qui post ergò tuus, dic mihi, murus erunt?
Qui superestis, adhuc patriæ probibete ruinam,
Cujus vobiscum stat que caditque salus.

Discipulorum aliquis in grati animi mnemosynon pios Viri manes quadruplici anagrammate postliminiô coluit.

DASER.

Ἀναγραμ.

AD RES.
DARES.
ESDRA.
ARDES.

AD RES quod fuerit tibi vis non parva gerendas,
Muneris acta tui, Præsul honore, probant.
Enituit pietas & rerum crebrior usus
Consilia in medium cum benè cocta DARES.
Interpres Legis fueras facundus ut ESDRA
Perspicuâ populum cum brevitate docens.
Ardebas Zelo pro relligionis honore,
ARDES jam Solymis ignea gemma novis.

F.
L. M. F.

Nat. 1625.
Cl. 1680.
Ob. 1688.

CHRISTOPHORUS WöLFFLINUS, poſt ſpatium 21. Annorum ad dignitates Anteceſſoris D. Melchioris Nicolai, Præpoſiti Stuttgardiani evectus, Owæ, Præfecturæ Kircho-Teccenſis oppidulo, ubi Duces olim Teccenſes ſedem fixerunt, Vitam inchoavit Anno 1625. d. 23. Decembr. Parentibus M. Georgio, Loci Paſtore, & Catharina Tritſhleriana, quos Anno ætatis 9. amiſit; Matrem quidem Peſte, Patrem verò Militum ſævitiâ. Cum enim poſt funeſtam Evangelicorum propè Nördlingam cladem Anno 1634. Wirtembergia Cæſareanis in direptionem cederet, dictus Paſtor Nürtingam ſecuritatis cauſa ſeſe contulerat; Enimvero poſt occupatum ab hoſtibus oppidum, ipſe in Sacellum Principale confugiens & Sacra Biblia, in iisque locum 2. Tim. 4. v. 7. de immolatione Apoſtolipræ manibus habens, ab irruente Hiſpano confoſſus interiit, pagina loci allegati Sanguine ipſius conſperſa & ipſo Codice ictu latronis transverberato. Orphanus itaque novennis factus Chriſtophorus ab avia ſtudiis haud ſegnius admotus atque ſub Patrocinio Joachimi Schülini, Conſiſtorialis & Antiſtitis Stuttgardiani in Stipendium Tubingenſe Anno ætatis 14. receptus fuit; Ubi Anno 1640. primo & 1643. ſecundo honoris Philoſophici gradu aſſumto, editisque variis Ingenii prorſus eximii ſpeciminibus, Repetentis characterem adeptus eſt. Inde poſt vicarias operas Heidenheimii, Stuttgardiæ & Oberkirchæ, oppido Pontificio in Hercynia ſito, & tum Eberhardo Wirtembergiæ Duci oppignorato, ſingulari

gulari dexteritate præſtitas, Anno 1651. ad Diaconiam Uracenſem, Anno 1657. ad Tubingenſem traductus, Anno 1659. Profeſſor Græcæ Linguæ & Ephorus Ducalis Stipendii; mox per ſolennem ferè Succeſſionem Doctor & Profeſſor Theologiæ Extraordinarius, nec non Stipendii Superintendens evaſit, Anno 1660. Exactô autem in Academia decennio, & Doctore, Chriſtophoro Zellero, fatis functo, Sereniſſimus Princeps Eberhardus III. famâ Viri permotus, eum in aulam ad functionem Eccleſiaſtis ſuperioris & Aſſeſſoris Conſiſtorii adſcivit, paulo poſt deſignatura Lorchenſis Abbatiæ cumulatum; tandem Sereniſſimus Princeps, Carolus Fridericus, Adminiſtrator, ſummo in Eccleſiaſticis Præpoſituræ muneri Anno 1680. eum præfecit. Vinculo Matrimoniali ſe obſtrinxit tertiâ vice, primò quidem Mariæ M. Jacobi Ledereri, Paſtoris Frickenhuſani Filiæ; poſtea Judithæ, M. Joh. Jac. Chriſtmanni, Paſtoris Auguſtani Viduæ, & Georgii Albrechti, Eccleſiaſtis Nördlingenſis clariſſimi, gnatæ; tertiis votis delecta ipſi eſt Johanna, Domini Antonii Rösleri, Secretarii in Senatu Juſtitiæ, Filia. Ex primo Conjugio reliquit Filium, M. Joh. Adamum, Diaconum Winterbacenſem valetudinarium; & Filias tres, quarum una, Maria Catharina, M. Joh. Henrico Breuningio, Græcæ quondam Linguæ Profeſſori, in Academiâ Tubingenſi; altera, Maria Barbara, Domino Joh. Albrechto Kürnero, J. U. L. & Advocato Curiæ; tertia, Maria Margaretha, Domino Henrico Scheinemanno, Conſiliario reddituum Eccleſiaſticorum primario nupſit; Ex his novem vidit Nepotes. In Secundo Matri-

monio vixit improlis; è tertio ſuſcepit binam Sobolem, ſed præmaturè mortuam. Vir aliàs An. Caroli teſtimonio Eruditionis, modeſtiæ, affabilitatis, prudentiæ & vigilantiæ, multiplici laude inſigniter commendabilis; Theologus uti ſolidus, ita perſpicuus; Orthodoxiæ γνησίως Lutheranæ ſemper & ubique tenax. (a) Subactum ejus Judicium & admirabile Ingenii acumen in profundiſſima quæque feliciter ſeſe inſinuantis, loquuntur Scripta rarioris maximam partem argumenti. Primus ferè Materiam de fœdere ſeu Pacto Dei cum Adamo inter noſtrates tetigit. (b) Eloquentiæ vis & gravitas è Concionibus ad funera Principum habitis eluceſcit. Sub ejus Epiſcopia Ludovicus Bronnquell & Joh. Jac. Zimmermann, quorum prior Paſtor Löchgovienſis, alter Diaconus Bietigheimenſis fuerat, varias opiniones è Jacobo Böhmio, Sutore Görlicenſi potiſſimum hauſtas, diſſeminare cœperunt, quorum conatus validè & in principio ſuppreſſit, ejectis poſt diu quidem, ſed fruſtra expectatam emendationem, ambobus. Bronnquellium etiam de Peccato in Spiritum Sanctum non ex ductu S. Scripturæ ſentientem, in Conſiſtorio publicè confuſum dedit, demonſtratione factâ, quod juxta illius opinionem nemo non peccati in Spiritum Sanctum reus cenſeri deberet; id quod etiam novator agnovit, & Sententiam quoad hoc punctum mutavit. (c) An. 1682. Colloquium de unione proteſtantium cum Pontificiis

(a) *Caroli memorab. Libr. IX. p. m. 467 ſeqq.*
(b) *Conf. Jægeri Jus Dei Fœderale. Qu. 1. p. m. 28.*
(c) *Acta Bronnquelliana & Zimmermanniana manuſcripta.*

ciis, jussu ~~Principis~~ Friderici Caroli, Bernhusæ, nobili propè Stuttgardiam pago, habuit cum Rocco de Spinola, Episcopo Thinensi, Primate Covatiæ, & ut videri voluerat, Pontificis Legato. (d) Amicitiam singularem & penè fraternam coluit cum D. Spenero. (e) Staturâ erat mediocri, vultu roseô, voce gravi & austerâ. Effigies Ejus in Epitaphio exhibetur, Stuttgardiæ, in Templo Cathedrali conspicienda. Ipse repetita Confessione cum Libris Symbolicis conformi, ex doloribus Arthriticis expiravit Anno 1688. d. 30. Octobr. otatis 63. Ministerii. 40. (f) Textum ejus exequialem, Joh. Laurentius Schmidlin, Antistes Cathedralis Eccl. ex Ps. 17. v. ult. evolvebat: Die allerseeligste Vergnügung rechtschaffener Kinder GOttes. Carmine autem Lapidario prolixo Virum laudavit Consistorium. Epitaphium in Templo cathedrali erexerunt hæredes, cujus hæc est epigraphe:

Epitaphium cum Effigie

Hæc erat facies Raræ eruditionis &
Exempli

Theologo, Christophoro Wölfflino.
Pater, *Theologus*, *idemque Martyr*,

Patria

(d) *Conc. fun. à* J. L. *Schmidlino habitam pl.*
(e) *Speneri Conc. fun. in Person. p. m.* 27.
(f) *Conc. fun. l. c. & Caroli Memor. l. c.*

PAtria Tecco-Kirchemiúm. Natus. X. Cal. Januar. A. S. M. DC. XXVI. Spartæ & honores ; quales ſummo Ingenio deberi credibile eſt. Diaconi , Magiſtri Domus , Prof. Theol. in Aulâ & Curiâ Wirtemb. Concionat. Confeſſionarii. Conſiliarii. Abbatis. Summi denique Præpoſiti Muneribus egregiè functo. Vita & Virtutes ; Quales à Gregis Chriſti Antiſtite ſperare fas eſt. Ab Eccleſia. Curiâ Scholâ communibusque nepotibus quas thori lege ſibi junxerat familiarum Lederiana. Röſsleriana potius quàm infante hoc Spatio æternum deprædicando.

Abitus non obitus,

qualis non metuenti mori, ſed optanti, beatè & placidè factus IIII. Cal. Novemb. A. R. M. DC. LXXXIIIX. Aſylum cœlum, Lectulus Terra , Epitaphium

phium Scripta, panegyricus fama, Mausolæum corda omnium bonorum Tanti Viri desiderio laborantia.

Scripta.

EXercitationes octo de lapsu Adami, Tubingæ, 1661. 4 Item 1706. 4.

Exercitationes VII. de obligatione credendi in Christum, Ibid. 1664. in 4. 1706. 4.

Exercitationes V. de Pœnitentiâ Tyriorum & Sidoniorum sub conditione prævisâ, Ib. 1664. in 4.

Reformator Germaniæ Lutherus, Ibid. 1664. 4.

Dissertatio de Triduo mortis Christi, Ib. 1664.

Diss. de Christo Agonizante, Ib. 1664. 4.

Vitis Cœli mater S. Mystica Fidelium cum Christo Unio ex Joh. XV. 1. &. Joh. Ulrico Meurero, qui etiam Author fuit, Ibid. 1664. 4.

Historia Incestûs Lothi, ex Gen. XIX. atque de Incestu in genere, Ib. 1665. 4.

Dissertatio de Criteriis Scripturæ Sacræ, Tubing. Anno 1665. 4.

Disputationes in Octo Capita Joh. Evangelistæ, Ibid. 1665. in 4.

Vindiciæ Veritatis Evangelicæ contra Jesuitas Jaurinenses. Ib. 1666. in 4.

Germanica.

Memento mori, Leich-Sermon, auß Syr. VII. v. 39. über Johann Jacob Kammerern / einen Gottsfürchtigen und züchtigen *Studiosum*, Tübingen/ 1661. 4.

Mit

Mit GOtt bezeugte Christus-Liebe / auß *Joh. XXI v. 17.* bey der Leichbeg. Fr. *Margaretæ, Joh. Ulrici Rumelini, J.U. D.* und *Profess. Publ.* Ehfrauen / *Ibid. 1663. in 4.*

Leichpredigt über Otto Andreas Katten / einen *Studiosum* von Adel auß Holstein / auß *Psal. XXVII. v. 10.* Tübingen / 1665. in 4.

Zwo Hochzeit-Predigten über der Vermählung / Herrn Christian Ernsten / Margrafen von Brandenburg Bayreuth / ꝛc. die eine auß dem Hohelied Salomonis / am *1. v. 3.* die andere auß Ps. 128. v. 5. 6. Stuttg. 1671. in 4.

Hochzeit-Predigt bey der Vermählung deß Durchl. Fürsten und Herrn / Hr. Wilhelm Ludewigs / Herzogen zu Würtemberg und Teck. Und der Durchl. Fürstin und Fr. Magdalenä Sibyllä / gebohrner Land-Grävin in Hessen / auß *Gen. XLIX. v. 25. 26.* Stuttgardt / 1672. *in fol.*

Landtags-Predigt auß *Matth. XXII. v.* 21. Stuttg. 1672. in 4.

Leichpredigt über dem Tod Hertzog Ulrichs von Würtemberg / auß *Esaiæ XXXVIII. v. 17. Ibid. 1672. fol.*

Trauer- und Klag-Predigt über dem höchst leidigen Ableiben deß Durchl. Fürsten und Herren Eberhardts *III.* Herzogen zu Würtemberg und Teck / so den *21. Julii, 1674.* beygesetzt worden / auß Klag-Liedern *Jer. V. v* 16. 17. Stuttg. *1674. fol.*

Trauer-

Trauer- und Klag-Predigt über dem höchst-betaurlichen doch seel. Abschied deß Durchl. Fürsten und Herrn Wilhelm Ludwigs/ Herzogen zu Wirtemberg und Teck/ auß Klag-Liedern *Jerem. IV.* 20. Stuttg. 1677. *fol.*

Leichpredigt Herrn Joh. Ulrichs Zellers/ *J.U.D.* und geheimen Raths/ auß *Jerem. XLVIII.* 10. *Ib. 1673. in 4.*

JOHANNES LAURENZIUS SCHMIDLINUS, Ecclesiæ Collegiatæ, quæ Stuttgardiæ est, Antistes, Ser. Consiliarius & Consistorii Adsessor, nec non Abbas Herren-Albensis designatus, mundum subiit Anno 1626. d. 1. Martii, Nusdorffi ex Patre M. Davide, loci Pastore, & Christianâ, Stephani Gerlachii, Theologi Tubingensis, Filia. Quibus præmaturè orbatus, sub cura Patrui & Avunculi literas didicit Tubingæ, ubi propter Ingenii bonitatem & profectus in humanioribus Historiæ cumprimis & Antiquitatis studiis non perfunctorios, in Stipendium Ducale receptus, honores Philosophicos, ferventibus licet belli turbis, non omisit. Nec enim in his ulla dispensatio locum habebat; hinc Theologiam aggressus, disputationem de Prædestinatione sub Præsidio D Nicolai solennem habuit, ex quo melioris sustentationis causâ Studiosorum aliquot Nobilium Informationi inserviit. Præstitis deinde nonnullis in locis Operis Vicariis, Diaconiam Nyffensem anno 1648. deinde Syndelfingensem 1649. & elapso sexennio Pastoratum Oppidanum Auditorum precibus obtinuit. Inde singulari Principis Eberhardi III. gratiâ

Nat. 1626.
Cl. 1682.
Ob. 1692.

gratiâ, ob deprehensa in eo dona non vulgaria Superintendentiæ Göppingensi 1663. & 1666. Stuttgardianæ in Xenodochio, 1670. Muneri Consistorialis Extra-Ordinario adhibitus, tandem Consistorialis Ordinarius & Cathedralis Ecclesiæ Antistes Anno 1678. constituitur, assignatâ jam 1672. Cœnobii Herren-Albensis Abbatiâ simul gavisus. Matrimonii vinculo sibi junxit primò Barbaram Sophiam, M. Davidis Hafenrefferi, Cantstadiensium Superintendentis Filiam, genitis ex ea octo liberis, visisque ex quinque conjugatis 27. Nepotibus, felix. E Filiis maximus Joh. Davides, hodiè Specialem Superintendentem Böblingæ; Alter Joh. Laurentius, Nyffensem agit; Tertius Joh. Jacobus, Medicinæ D. factus ante Patrem fatis concessit. Generi ejus erant M. Joh. Conradus Röslerus, Superintendens Göppengensis, & M. Albertus Bengelius, Diaconus Winnedensis, ambo beati. Secundâ vice duxit Agnetem Zweifeliam Joh. Dieterici Schmalckhalderi Secretarii in Justitiæ Senatu Viduam, relicto ex ea Filio unico paternorum meritorum hærede. Erat omnino elegantioris literaturæ Vir; Unde Serenissima Princeps, Antonia Eberhardi III. Wirtembergiæ Ducis Soror literas propriâ manu exaratas ad eum non unas dedit, cui ad Turrim Cabbalisticam in Templo Deinacensi erectam elegantissimam Inscriptionem Latino Idiomate concinnare jussus fuit. De Cætero omnes laudes ei admetitur Parentator, Joh. Ulricus Meurerus, Specialis Superintendens Stuttgardianus, maximè verò has, quod humilis erga Deum, devotus erga Principem, pacificus erga Collegas, fidelis erga domesticos, & in procu-

randa

uranda illorum ſalute ſollicitus, cautus denique ac cordatus in Conſiliis fuerit. Humanis exemtus Anno 1692. d. 7. Febr. ætatis 66. Miniſterii 44. vid. Con Fun ab Authore citato hab. ex Pſ. 116. v. 16. 17. plur. p. 20. ſeqq.

JOHANNES LAURENTIUS SCHMIDLINUS, TEMPLI CATHEDRALIS STUTTGARDIANI ANTISTES.

Ἀναγϛ.

Docuit Sana impiger, hilaris, haud nutans, nîl timens. Cathedra teſtis eſt; Nullis.

Evolutio.

Divini hîc Præco Verbi, Symmyſta Salutis
Sincerè docuit non niſi ſana gregem.
Impiger & docuit, cumulansque labore laborem
Officiique hilaris tædia ferre ſui
Haud nutans, blandus voluit ſi flectere Mundus;
Nilque timens, Mundus ſi mala ſtruxit atrox.
En! Cathedra eſt teſtis; Nullis renuentibus æquas
Cui dictis aures applicuere ſuas
Ut fruar bis pariter, Deus optime, dirige mentem,
Fungar ut officio dexteritate pari.

ſcripſit

Mortuo Juſta Dolenter Solvens.

Scripta.

LEichenpredigt über den Tod *M.* Joh. Jac. Clessens / Pfarrers zu Syndelfingen / ex *Hebr.* XIII. 7. Stuttg. 1650. 4.

Richtiges Testament oder Leichpredigt/ Herrn Ludwig Georg Zorers/ Fürstl. Ober-Raths/ ex *Ps.* XXXI 6. Stuttg. 1668. 4.

Seeliger Tod der Gerechten / ex *Es. LVII.* 2. bey der Leich Joh. Frid. Laurens / Hof-Predigers/ Stuttg. 1669. 4.

Heylsamer Rath der geheimen Cantzley Gottes / ex *Ephes. V.* 14. Oder: Leichpredigt über Daniel Jmmlin / *Vice*-Cantzlern zu Stuttgardt/ 1668. 4.

Dreyfacher Trost-Grund / ex *Hiob* XIX. 25-27. über den Tod *M.* Joh. Jac. Müllers / Stiffts-*Diaconi* Eh-Frau/ *Ibid.* 1670 4.

Leichpredigt Hrn. Joh. Schübels/ Hof-Predigers / ex 1. *Tim. I.* 15. Stuttgardt/ 1671. in 4.

Leichpredigt über den tödtlichen Hintritt Hrn. Joh. Christoph Hinghern / ex *Psalmo CXIX. v.* 19. Tübingen/ 1681. 4.

Leichpredigt Annä Margarethä Hrn. Matthäus Hillers / Fürstl. Würtembergischen Manns-Closter Rechenbancks Raths / Eh-Frauen / ex *Ps. XVIII. v.* 2. & 3. Stuttgardt/ 1677. 4.

Freudige Gewißheit der Kinder GOttes/ über *Theodorum Haseloffen*, *JCt.* und Würtemb. Gehei-

Geheimen Reg. Rath / auß *Ps. XXIII. v. 6.* *Ib. 1679. 4.*

Leichpredigt über Hertzog Eberharden zu Würtemberg/ *ex Devt. XXXIV. v. 5.* Stuttgardt/ 1674. *fol.*

Leichpredigt Herrn Joh. Eberhardt von Stockheim/ Fürstl. Würtembergis Ober Raths-*Præsidentens / ex Luc. II. v. 29.* Stutig. 1676. *fol.*

Leich predigt über Hertzog Wilhelm Ludwig zu Würtemberg/ *ex Es. LIII. v. 5.* Stuttgardt/ 1677. *fol.*

Leichpredigt bey der Begräbnüß Herrn Wolff Forstners / Hoch-Fürstl. Würtembergis. Geheimen Raths/ *ex Matth. XI. v. 28.* Stuttgardt/ 1680. *fol.*

Die seelige Creutz-Ubung / und darauf folgende herrliche Erhöhung der Kinder GOttes/ oder Leichpredigt Frauen *Ursulæ Claræ Annæ* von Göllnitz / Jägermeisterin / *ex Ps. LXXI. v. 20. & 21.* Stuttgardt/ 1685. *fol.*

Gewisse Klugheits-Prob/ wahrer Kinder Gottes / oder Leichpredigt über den Tod der Durchleuchtigsten Fürstin und Princessin *Eleonoræ Dorotheæ*, Hertzogin zu Würtemberg &c. *ex Phil. I. v. 21. 22. 23.* Stuttgardt/ 1683. *fol.*

Davids Lust / Liecht und Freud / auß Ps. 43. v 3. 4. über Joh. Jac. Strölin/ Pfarrer zu Münster/ *Ibid. 1664. 4.*

Leichpredigt über Herr Georg Wilhelm von Bidenbach und Treuenfelß/ Würtembergis.

Geheimen Raths / auß *Es. III. v. 1. 2. 3. Ibid. 1677. fol.*

Rechtglaubiger Christen Aug / Hertz und Mund/oder Leichpredigt Hrn. Adam Ulrich Schmidlins / Fürstl. Würtembergis. Ober- und Hof-Raths/auch löblicher Landschaffts- Consulenten/ *ex Rom. X. v. 9. 10.* Stuttg. 1686. in 4.

Glückseeligkeit der Kinder GOttes/oder Leichpredigt *Annæ Barbaræ* Hrn. Adam Ulrich Schmidlins Ehfrauen / *ex Apoc. XXI. v. 1.* Stuttg. 1686. 4.

Requisita eines Christen/ oder Leichpredigt / bey kläglicher Begräbnüß Frauen Waldburgä Herrn Philipp Schollens Stadt und Amt-Schreibers in Urach Haußfr. *ex Ps. XXXVII. v. 5.* Stuttgardt/ 1690 4.

Leichpredigt über Fr. Susannam/Hrn. Georg Wilhelmi von Bidembach und Treuenfels/ Würtembergis. Geheimen Raths/ Gemahlin / auß *Job. III, v. 16.* Stuttg. *Anno* 1673. in 4.

Leichpredigt / wie ein Christ alle Sachen / mit GOtt gut könne machen / auß Ps. 37. v. 5. über dem Tod Herrn Joh. Friderich Zweiffels/ Landschreiberey-Verwalters/ Stuttgardt/ 1674.

Leichpredigt von dem herrlichen Schatz der Vergebung der Sünden auß *Actor. X. v. 43.* über dem Tod Herrn Josephs Cullenvogtens zu Stuttgardt/ 1676. 4.

Leichpredigt von dem mercklichen Unterscheid eines frommen Kinds GOttes / und eines Welt-Kindes / auß *Rom. XIV. v. 7 8.* über den Tod Fr. Mariä Schwarzin / Burgermeisterin / Stuttg. 1675. 4.

JOHANNES EBERHARDUS, KNOLLIUS, Superintendens Generalis & Præpositus Denckendorffensis, Senatus Provincialis Majoris Adsessor, luci expositus Blaubyræ d. 26. Maji, 1619 Patre Conrado, Poligrammateo, Matre Johannâ Seizia, quinto ætatis anno trivium oppidanum frequentavit. Ejectis verò post occupationem Patriæ totius Ministris Ecclesiarum Scholarumque Memmingam primùm deinceps Ulmam in Gymnasium missus pauperis solenni beneficio fruiscens, rudimenta literarum didicit, donec à Patre ad Præfecturam Bessigheimensem promoto revocatus, privatâ Informatione gauderet, ex quo à Val-Andreæ in convictum domumque receptus, lectiones Pædagogii Stuttgardiani audivit. Inde in contubernium Academiæ Tubingensis commendatus, an. 1645. 10. octobris Stipendium Ducale Sereniſſimi gratiâ demum intravit, gradum Baccalaurei an. 46. & 1649. Magistri titulum adeptus tertio inter 18. Candidatos loco. Anno 1650. Ober-Kircham, Episcopatus Argentinensis filiam, Principi Wirtembergico in pignus huc usque datam, in vicem Pastoris ablegatus biennio ibi docuit. Inde ad Diaconiam Calvensem & quadriennio elapso ad Stuttgardianas, ulterius an. 1665. ad Superintendentiam Derindengensem, anno 1667. ad Herimon-

Nat. 1629. Ob 1689. Cl. 1684.

tanam, exactoque ibi novennio ad Uracensem promotus designaturam Abbatiæ San-Georgianæ 1675. denique Præposituram Denckendorffensem cum annexa Episcopiâ Generali & Sessione in Senatu Ordinum Provincialium Majore impetravit pro meritis. Thalami consortium habuit primò cum *Annæ* Magdalenâ, M. Georgii Linde, Præceptoris Bebenhusani filiâ, cum quâ 5. filios totidemque filias procreavit. E filiis hodiè superstes est Dominus M. Johannes Eberhardus Knollius, Superintendens Cantstadiensis. Secundis votis duxit Annam Barbaram, Tobiæ Cantstetteri, Specialis Brackenheimensis Viduam ἄτεκνον. Theologus aliâs singulari dexteritate & vigilantia. Zelotes pro Ecclesiæ Patriæque salute, qui cum corpore solveretur, magis de istâ, quam propriâ morte angebatur. In Consiliis gravis & in iis, quæ conscientiam tangunt, vel amoliendis vel exequendis intrepidus. Præsægus diei emortualis repetitâ doctrinæ & fidei Confessione concinna humanis rebus exemtus est. d. 30. Augusti, 1689. ætatis 60. Minister. 39. Concione Funebri ex 2. Reg. XXII. v. 20. habitâ laudatus à M. Davide Laitenbergero, Kircho-Tecc. Diacono, qui de militia feliciter compendiosâ disseruit, sistens: Nützlich für das gemeine Heyl geführtes und glücklich für die eigene Ruhe geendigtes Leben gewissenhaffter Patrioten.

M. Gottfrid Grätz/ Pastor Denckend.

Integritas Vitæ, pietas & plana loquendi
Libertas passim vertere jussa solum.

Hoc

Hoc ubi Præpositus vidit, gemebundus abivit
Ad Superos, dicens: perfida terra vale!

Scripta.

Leichpredigt über Johann Adam Dappen/ *J. U. L.* und Landschaffts, *Secretarium*, auß *2. Cor. XII. v. 9.* Stuttg. 1659. 4.

Leichpr. von der Rechtfertigung für GOtt/ auß Ps. 32. v. 1. 2. über den Tod Herrn *Melchioris Nicolai*, *D. Theol.* und Probsten zu Stuttgardt/ 1660. 4.

JOHANNES JACOBUS MüLLERUS, Generalis Superintendens & Præpositus Denckendorffensis, Intimioris Provinciæ Senatus Adsessor, cunas in exilio Ratisbonæ invenit d. 5. Julii, An. 1629. in lucem editus. Pater illius ejusdem nominis erat Vir magni apud Imperatores Rudolphum II. Matthiam & Ferdinandum II. æstimii & meriti, eximiis officiis & expediendis negotiis gravissimis adhibitus, ideoque privilegiis & Insignibus non vulgaribus donatus, qui tamen conditiones splendidissimas sibi oblatas religioni Evangelicæ posthabere maluit, ideòque cum uxore gravidâ Susanna, Christophori Spindleri, Viri inter Status Austriacos non minùs honorati, filiâ, per Reformationem Papæorum in exilium ejectus Ratisbonæ per aliquod tempus substitit, donec à Serenissimo Duce Eberhardo, in Patriam & ad Consiliarii in Senatu Justitiæ Munus evocaretur, quod usque ad annum sibi emortualem

Nat. 1629.
Cl. 1685.
Ob. 1699.

1641. constanter tenuit. Anno autem 1634. post occupationem Wirtembergiæ à Cælareanis, victoria propè Nördlingam partâ, factam, Argentoratum cum Eberhardo Principe, susque deque habitis de libertate Religionis sibi indulgendâ promissis revocatoriis, secessit, ubi Præpositus noster à matre *sub* utero Theologiæ consecratus studio, prima literarum fundamenta partim privatâ ex Informatione, partim in Gymnasio Argentinensi hausit, quæ deinceps in Pædagogio Stuttgardiano usque adeò continuavit, ut 1644. ætatis 13. in Stipendiariorum numerum Tubingæ reciperetur; Postmodum lauru primâ 1645. & habitâ sub Johannis Geilfusii, Prof. Phil. Præsidio, disputatione graduali, de animæ rationalis Origine, honore Magisterii, sexto inter 14. Candidatos loco, condecoratus, Theologiam eo cum fervore aggressus est, ut post operas vicarias aliquot in locis præstitas, à Sereniſſimo Principe Friderico, Neostadium ad Diaconiam desideraretur; Quâ per *biennium* administratâ ad Parochiam Cell-Altbacensem vocatus, ægrè quidem, sed tamen summâ cum gratiâ Neostadio dimissus est an. 1652. Peracto ibi multo cum fructu quinquennio Stuttgardiam ad Diaconiam Ædis Leonhardinæ & successivè ad reliquas; porró 1674. ad Pastoratum ejus Templi; denique 1678. ad Superintendentiam & Prædicaturam in Xenodochio promotus fuit. In eâ statione vitàm permansurus, diversas Vocationes deprecatus erat; Enim verò aliter Visum divinæ providentiæ, quæ Virum Stuttgardiâ ad Abbatiam Blabyrensem 1683. & ex eâ 1689. ad Præposituram Denckendorffensem & Tetrarchiam Ducatus Wirtembergici

Eccle-

Ecclesiasticam, cum annexâ Consiliarii Provincialis, Consessûs primùm Amplioris, deinde Selectioris, Dignitate, provexit. Maritus tertium factus; primò Barbaræ, Georgii Gumpelzheimeri, Linzensis, Syndici quondam Ratisbonensis, filiæ. Deinde, Mariæ Magdalenæ, J. F. Ruffii, Viduæ, Jægerianæ; Denique Annæ Catharinæ, Joh. Georgii Helleri, Saltuum Præfecti; Viduæ ex Hirnheimorum familiâ oriundæ. E primâ conjuge decimam prolem, ex altera unicam genuit, sed minus vitalem; cum non nisi unicum filium, Pastorem Pleidelsheimensem; unicamque filiam, Abrahamo Fabro, Consiliario Wirtembergico, nuptam, superstites reliquerit. Vir alioqui non indisertus, qui morum urbanitate Nobilium gratiæ se admodum insinuaverat. Boni publici amans & eorum, quæ ad corporis munditiem conservationemque spectant, observantissimus. Vestem emortualem ubique secum vehere solitus, & mundo quoties cubitum iret, valedicens. Sic quotidie cum Paulo mori se assuefaciens, ex calculi doloribus obiit, d. 1. April, 1699. ætatis 69. completo, Ministerii 49. Cui è suggestu parentavit M. Joh. Conradus Klemmius, tum Diaconus Stuttgard. Superior, ex Ps. 37. v. 5. Von der Kinder GOttes heiligen Ergebenheit / differens.

Scripta.

Fürstl. Leich-Predigten.

DAvids Hirsch-Durst / glaubiger Seelen-Lust / auß *Ps. XLII. v.* 1. 2. über Fr. Anna

Amalia / Gräfin zu Stollberg / ꝛc. Stuttg. 1671. *fol.*

Trauer-Lehr- und Trost-Predigt über Hertzog Eberhard den *III.* Hertzogen zu Würtemberg und Teck / in der Kirchen zu S. Leonhard gehalten / auß *Marci XIII. v. 33.* Stuttgardt / 1674 *fol.*

Klag- und Traur-Predigt / auß *2. Tim. 4. v. 6. 7. 8.* über den Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn Wilhelm Ludwig Hertzogen zu Würtemberg / ꝛc. Stuttg. 1677. *fol.*

Adel. Leich-Predigten.

Der Geistliche Adel / auß *1. Joh. 1. v. 7.* über Herrn Friderich Ludwig von Janowitz / Erb-Schencken und Ober-Vogten zu Brackenheim / Stuttgardt / 1673. *fol.*

Leichpredigt über Friderich Benjamin von Münchingen / geheimen Rath und Ober-Stallmeister / auch Frauen-Zimmers Hofmeister / ꝛc. auß *Apoc. V. v. 5.* Stuttg. 1671. *fol.*

Der Gerechten schneller Tod / über Fr. Agnes von Reischach / auß *Sap. IV. 7.* Stuttgardt / 1668. 4.

Leichpredigt über Herrn Nicola Müller von Ehrenbach / Würtembergis. Regierungs-Rath und *Directorem*, auß *Job. XIV. v. 19.* Stuttg. 1677. 4.

Geistreiche Offenbahrung von der gerechten weissem Gewand und der seeligen Seelen-Stand / auß *Apoc. VII. cap. v. 13. - 17.* über

Anna

Anna Magdalena Schaffalizkyn gebohrne von Botzheim/ Stuttg. 1664. 4.

Christl. Trauer- und Trost-*Sermon*, auß Ps. *LXXI. v. 20.* bey der Begräbnuß Frauen Annä Mariä/ Hr. Nicolai Mylers von Ehrenbach Ehe-Liebsten/ Stuttg 1675 4.

Geistl. Hertz- Schmuck und Himmlisches Braut-Stuck/ auß 2. *Tim. IV. 7.* über Jungfrau *Sabinæ Sibyllæ*, Herr *Felix* Wilhelm Braitschwerts Fürstl. Ober-Raths Tochter/ *Ibid. 1673. 4.*

Andere Leichpredigten.

Leichpredigt über *Cunradinum Cellarium*, Würtembergis. Leib-*Medicum*, auß Ps. 27. v. 9. Stuttg. 1678. 4.

Leichpredigt über Joh. Nicolai Knausens Tochter/ *Mariam Elisabetham*, auß *Ps. XXXI. v. 6. Ibid. 1672. 4.*

Thränen Saat und Ernd-Gnad über *Annam Mariam*, Johann Valentin Mosers/ Fürstl. Raths- und Land-Schreibers Frau/ auß Ps. 126. 5. 6. *Ibid. 1660. 4.*

Leichpredigt über Frau *Mariam Margaretam*, Joh. Ulrich Zellers/ Fürstl. Geheimen Raths Ehfrau/ auß Ps. 34. v. 19. *Ib. 1671.* in 4.

Geistliches *Recept*, auß Ps. 27. v. 13. über *Ursulam Catharinam, Cunr. Cellarii*, Ehfrau/ *Ibid. 1667. 4.*

Leichpredigt von den Streitern JEsu Christi/ auß

auß 2. *Tim. v.* 3. 5. über dem Tod Samuel Fridrich *Capricorni* Fürstl. Würtembergis. Capellmeisters/ Stuttg. 1665. 4.

König Davids treuer Rath und Gottes Hülff und That / auß *Ps. XXXVII. v.* 5. über den Tod Hrn. Christoph Caspars / 20. jähr'gen Landschafft-Einnehmers / Stuttg. 1666. 4.

Glaubens-Bekanntnuß / und Seelen-Bewandnuß / auß *Apocal. XIV. v.* 13. über den Tod *Theobaldi* Riesen / Würtembergis. Rechen-Bancks-Rath/ Stuttg. 1667. 4.

Nat. 1632. *El.* 1685. *Ob.* 1704. ANDREAS CAROLUS, Consiliarius Wirtembergicus & Monasterii, quod à S. Georgio nomen habet, Abbas, natus est Leibenstadii, pago satis exiguo, sub ditione generosissimæ Gemmingensium familiæ sito, cujus loci Ecclesiæ præerat Parens, Davides Carolus, Neostadio ad Kocheram oriundus. Annus natalis erat MDC XXXII. mensis Augustus, de die non constat, quoniam Parentes per injurias bellicas omnium scripturarum jacturam fecere. Simul atque in lucem editus est puer, Sacro fonte tinctus & crescente ætate à Patre pariter ac Matre, Dominâ Catharinâ, natâ Beizingeriâ, omni curâ fideque eductus est. Etsi verò utebatur valetudine admodum infirmâ, incredibili tamen amore literarum cum arderet, Oeringæ, sub Michaële Hœningero, ac dein Heilbronnæ sub Henrico Rollenbergero, Scholarum Rectoribus, quorum perinde ac reliquorum omnium Præceptorum fidem atque dexteritatem singularem gratissimo animo

semper

semper prædicavit, tam laudabilia posuit fundamenta, ut clementissimo Ducis Eberhardi III. auspicio in Monasterium Bebenhusanum susceptus primum inter Commilitiones locum, suffragante potissimum Abbate, D. Joh. Val. Andreæ obtinuerit. Impetrata primâ laureâ in Stipendium Illustre promotus est Anno 1651. ubi postquam ductu imprimis Celeberrimi Geilfusii, Philosophiæ operam navâsset maximè strenuam, honoresque Magisterii esset consecutus, Theologiæ studio totum se tradidit, in eoque tantos progressus brevi tempore fecit, ut præcipuam sibi D. Tobiæ Wagneri gratiam conciliaret, cujus Dissertationem de Septenis speciminibus Stellionatuum Henrici Wagner-Eccii, Jesuitæ & Cancellarii Dilingani, respondendo pro Cathedrâ publicè defendit. Moti ejus industriâ atque dotibus ingenii animique non vulgaris Antistites, Magistrorum Repetentium, quos vocant, numero eum adscripsere minimè ambientem. Præstita posthæc in Ecclesiis, Göppingensi, Schorndorffensi & Stuttgardianâ, aliquamdiu operâ vicariâ Anno 1676. Calvæ & Anno 1659. Tubingæ Diaconi functionem, An. 1668. autem in utrâque Diœcesi Tubingensi & Bebenhusanâ simul & dein An. 1679. Uraci Superintendentis Specialis Munus in se recipere atque obire jussus est. Cum ubique talem se præstitisset, qualem gravitas personæ & officiorum dignitas requirebat, de omnibus istis Ecclesiis egregiè meritus An. 1686. Abbas creatus est Monasterii San-Georgiani, simulque mandatum illi, ut Memorabilia Seculi superioris Ecclesiastica concinnaret, quem laborem senio licet attritus, ope tamen divinâ

adjutus

adjutus ita expedivit, ut Viris Celeberrimis, præcipuè verò Dnn. Collectoribus Actorum Lipsiensium non mediocriter probaretur. Unde tantò facilius concoqui potest, Johannis Molleri, Rectoris cujusdam Holsati, plenum livoris & arrogantiæ judicium, quod tum de Caroli labore, tum de Magnif. Domini D. Jægeri decenniis tulit. Quod ad familiam defuncti Caroli attinet, An. 1656. matrimonio sibi junxit Virginem omni sexûs istius ornatu conspicuam Evam Mariam Balthasaris Simonii, Medic. Doct. & Profess. Publici in Academiâ Tubingensi filiam, ab avunculo D. Joh. Valent. Andreæ, educatam, cum quâ undequadraginta propemodum annos fide & concordiâ singulari exegit, liberosque septem genuit, quinque virilis & duos fœminini Sexus. Primus filiorum erat Dominus Andreas Davides, Ecclesiæ Freudenstadiensis, dein Kircho-Teccensis Pastor, illiusque Diœceseos Superintendens, nuperrimè terrenis ereptus. Alter Theodorus, Philos. & Medicinæ Doctor ac Poliater Leobergensis, quem febris maligna petechialis itidem præmaturo fato extinxit. Tertius Christianus in pueritia obiit. Quartus Constantinus, Chirurgus Castrensis, utrum inter vivos an mortuos numerandus sit, haud liquet; per 18. quidem annos nihil de eo rescire licuit. Quintum Johannem Christianum, cœlestis Pater adolescentem repetiit. Filiarum altera extincta antequam in lucem ederetur; altera superstes est, Eva Regina, quam Dominus Adamus Kurrerus U. J. Lic. & Supremi Dicasterii Advocatus tori sociam habet. Ereptâ An. 1695. uxore fidelissimâ reliquam vitam venerandus senex transegit

egit

egit Viduus. Hactenus Programma Universitatis Tubingensis, in quo Vir beatus Imperatori Thebanorum fortissimo, Epaminondæ comparatur, ejusque vita militia exercitatissima dicitur. Ab initio namque ætatis in cursu studiorum calamitates publicas ineffabiles, aliasque difficultates immensas habuit adversarias, quas tamen omnes fortiter feliciterque superavit. Per omnem vitam cum afflictissimâ valetudine est conflictatus. In tot muneribus Ecclesiasticis, quæ certamina cum Satana, cum erroribus, cum Auditorum vel inscitiâ vel pertinaciâ, cum aliis denique hostibus habuerit, cuivis judicare in promtu est, qui ejus mores habuit perspectos. Erat enim Theologus orthodoxiæ tenacissimus, & de Ecclesiâ multifariam periclitante maximoperè solicitus, pro cujus salute, precibus quoque continuis ad Deum fusis, pugnabat acerrimè. Consiliarius Principi, Patriæque omni curâ magnâque animi innocentiâ fidus. Vir cætera antiquâ Virtute, cui grata semper erat candida simplicitas, vanitatum mundanarum contemtor, fuci omnis osor, patientiæ, industriæ, vitæque integræ Exemplar. Is nunquam desperavit de rebus Patriæ, tametsi essent afflictissimæ, sed Dei auxilio causæque bonitate fretus suos tot calamitatibus perculsos erexit subinde & confirmavit. Cæterùm uti Carolus meritò exteris cluit Vir doctissimus; ita obtrectatores suos invenit passim maximè verò ab Ulrico Frid. Calixto & Hæredibus, Joh. Musæi, Theologi Jenensis; acsi in historiâ Calixti & Musæi sublestæ fidei scriptor extitisset, calumniis impetitus quas epistolâ Apologeticâ in solidum diluit. Reliqua, ubi ad partes cum

& qui-

& quidem cavillatoriè vocavit G. Arnoldus, filius, paternæ eruditionis hæres, vindicavit. Ipse cum duodecim ante extrema diebus dysenteriâ correptus esset, postridiè statim animam curavit S. Synaxi & ad ultimum certamen sese composuit, quod quidem inter vehementissimos dolores sustinuit constantissimè, donec victor evaderet per beatam placidissimamque mortem, quæ ei ipsis Kalendis Septembris. Sole ad vesperam inclinante inter preces à Domino Hochstettero, Prof. P. & filio, cujus adventum summo cum desiderio expectaverat, ingeminatas diu ante expetita obtigit, An. 1704. ætatis 72. Ministerii 48. Concionem funebrem in ipsius Exequiis habuit M. Jacobus Fridericus Hochstetterus, tùm Diaconus Tubingensis, ad Textum 1. Cor XVI. 22. differens: Von der heiligen JEsus Liebe. In Effigiem epigramma scripsit Filius sæpè laudatus:

Ingenui radiat mera queis Pietasque fidesque
Præsulis en! oculos! cætera clausa tenet.

Scripta.

MEmorabilia Ecclesiastica Seculi A. N. C. decimi septimi juxta annorum seriem notata & convenienti ordine digesta. Tomus primus opèris dimidium anterius exhibens. Tubingæ Sumtibus Johannis Georgii Cottæ Acad. Bibliop. Typis Johann. Cunradi Reisii, An. 1697. in 4.

* *Vide Act. Erudit. Lipsi. Anno 1697. pag. 353. seq.*

Memo-

Memorabilium Tomus Secundus, operis dimidium posterius exhibens ab An. 50. ad 70. Tubingæ, 1698. in 4.

Tomi Secundi Pars Altera Dimidii posterioris decennia duo ab An. 70. ad 90. exhibens, Tubingæ, An. 1699. in 4.

Tomi Secundi Pars Tertia Dimidii Posterioris Decennium Ultimum ab An. 90. ad 1701. exhibens, An. 1702. in 4.

* *Acta Erudit. Lipsiens. ad Annum 1702. pag. 319. seq.*

Epistola Apologetica, pro Memorabilium ipsius Ecclesiasticorum fide historica, quoad relationes de Johanne Musæo, Doctore quondam Theologo, ab Anonymi cujusdam Jenensis obloquutionibus liberandâ; Præfationi quam prælectionibus Musæanis in Formulæ Concordiæ Epitomen Ao. 1701 typo excusis nomine Hæredum dicti Theologi præmisit Editor, oppositæ, Tubingæ, 1703. in 4.

Früher Tod der Gerechten / das ist / Leichpredigt bey der Begräbnuß Jungfer Annä Elisabethä / Hr. Christoph Baders / Stattschreibers in Tübingen / Tochter / auß dem Buch der Weißheit / *Cap. IV. v. 7.* Tübingen / *Anno 1665. in 4.*

Crone deß Lebens / auß Anleitung deß Texts / Offenbahr. *Joh. II. cap. v. 10.* Bey der Begräbnuß / *Julii Friderici Duvernoy, Mompelgartensis, Theol. Studiosi*, durch den Spiegel Göttlichen Worts beschauet / und frommen Hertzen / als von ferne gewiesen / Tübingen / 1664. in 4.

Send-Schreiben an seine liebe Pfarr-Kinder zu Callw/ Tübingen/ 1693. in 4.

Nat. 1636. Cl. 1685. Ob. 1706.

JOHANNES WOLFFGANGUS DIETERICUS, Præpositus & Generalis Superintendens Denckendorffensis, Consistorii & Senatus Provincialis Majoris Adsessor, Tubingæ à misericorde manu Dei ex utero matris eductus est An. Chr. 1636. d. 8. Novembr. Cujus Parentes non quidem splendidi, nec literati homines fuere; sed tamen honesti ac pii; Pater videlicet, Johannes, Sartor, & Mater Agatha Seybothia, Hallensis. Baptismi lavacro regenitus pro maximo Dei beneficio per omnem vitam illud agnovit, verbis eucharisticis curriculo vitæ ab ipsomet descriptæ insertis: Pater clementissime, hæc tua misericordia exsuperat omnem prædicationem, quin imò & omnem admirationem. Matrem cum vix bimus amisisset, & Pater ægrè se sustentaret, à Viris quibusdam præcipuis Scholæ Anatolicæ Anno 1642. admotus sub Præceptore M. Lindio, Viro clarissimo, prima literarum fundamenta jecit. Anno autem 1650. cum restituta Wirtembergicæ Domui per Pacem Osnabrugo-Monasterienſem Monasteria, Blabyrense & Bebenhusanum, Alumnis denuô implerentur, ipse cum aliis, ab initio primum, ut pote inferius, post annum autem etiam alterum superius intravit, sub inspectione Præsulum, ibi quidem Philippi Hitstockii; heic verò Joh. Val. Andreæ Theologi celeberrimi degens An. 1652. in Illustre Seminarium Tubingense receptus celebres ætate illâ Viros, Professores Philos.

Philoſ. J. M. Rauſcherum, Biberſteinium, Geilfuſium, Pregizerum, Brodbequium audivit, utramque lauream ſub iisdem conſecutus. Theologiæ ſtudium aggreſſus & An. 1655. examine ſolenni à Dominis Conſiſtorialibus exploratus Repetitionis ſpartam reportavit. Ex quo vicarias Præceptoris Monaſtici, tùm Blabyræ, tùm Bebenhuſii, & An. 1660. Stuttgardiæ Miniſtri operas præſtitit. Inde Miniſterio plenè immiſſus Diaconum Göppingenſem agere cepit. Decimeſtri autem nondum ibi exacto Stuttgardiam ad D. Leonhardi Diaconiam revocatus, ſucceſſivè reliquas etiam adminiſtravit; Duabus etiam eo temporis intervallo Vocationibus extra Patriam expetitus patriæ inſervire ſatius duxit. Itaque An. Chr. 1672. d. 11. Auguſt. ad Decanatum Neoſtadienſem translatus Principum Perſonarum gratiâ diu floruit, quæ & in opere Domini eum confortârunt & contra falſorum fratrum inſultus protexerunt. Mortuo autem Sereniſſimo Duce, Friderico An. 1682. d. 24. Martii, Vahingam ad Epiſcopiam Specialem promotus, primâ Oppidi à Gallis occupatione An. 1688. factâ, indemnis remanſit; In officio talem ſe gerens, ut & hoſtibus Evangelicæ religionis in pretio eſſet. Styrheimbius certè, Belli Dux non incelebris, Viri ſæpenumerò ad ſe invitati colloquiis de religione plurimùm delectabatur. Cum igitur & famâ & meritis excelleret, An. 1692. â Sereniſſimo Principe, Stuttgardiam ad Eccleſiaſtis Aulici & Adſeſſoris in Conſiſtorio Stationem accerſitus eſt. Quâ usque ad annum 1699. intrepidè & fideliter geſtâ Præpoſituram Denckendorffenſem cum Superintendentiâ Ge-

nerali collatam sibi haud invitus accepit. Post quinquennium verò, Successore suo D. D. Hedingero inter cœlites relato, Stuttgardiam postliminiò reductus, juxta memoratam Præposituram & Tetrarchiam, etiam Sessionis tùm in Consistorio Illustri, tùm in Senatu Provinciali Majore, Dignitatem denuò adeptus est. In conjugio vixit cum Annâ Reginâ, Davidis Schilleri, Consulis Tubingani, filiâ, ex quâ unicum filium suscepit, Diaconum Winnidensem, sed A. ætatis 33. An. Chr. 1695. defunctum. Theologus erat, ex Domini Parentatoris (a) testimonio, excellens & illuminatus, Minister Dei laboriosus & sincerus, qui insigni Zelo & dexteritate, summoque judicio negotia Ecclesiastica expedire solitus, Patriæ in Purâ Evangelii doctrina conservationem gravissimis consiliis, omnique studio quæsivit; Ordinationum Confessionumque Ducalium, ne periculosis turbarentur Novationibus, tenacissimus. Orator in suggestu gravis & imperterritus, qui contra Atheismum & Epicureismum, Christianismi pestes, heroico Spiritu decertavit. Ob constantiam pro salute Patriæ mundi odium non simplici vice perpessus. Cæterum Exemplo vitæ, morum candore & humanâ humilique cum omnibus conversatione, gravitate tamen mixtâ, plurimorum amorem & æstimium sibi conciliaverat. Tandem mirabili ac diuturno morbi genere consumtus, cum ex aure sinistrâ materia quædam spongiosa excrevisset, quæ omnium Medicorum solertiam & remedia eludebat, animam exhalavit in Domini manus ardenter commendatam Stuttgardiæ d. 27.

(a) *Conc. Fun. p. 26.*

d. 27. Septembris, Anno 1706. ætatis 70. Miniſt. 45. in extremo Xenodochii Cœmeterio ſepultus; Juſta funebria perſolvit Dominus Ericus Weismannus Conſiſtor. & Antiſtes Stuttgardianus, Concione ex Geneſ. XXXII. v. 10. habitâ, delineans: Die theure Barmhertzigkeit GOttes / an ſeinen unwürdigen Knechten.

In Supremum Honorem Carmen præ
aliis elegans adornavit

M. Joh. David Kommerell. Superintend. Uracenſis.

Præpoſiti Ambarum curam conſtanter agentis
Exceſſum lugent Relligio & Regio.
Et veſte Euſebie pullâ, CANDORque FIDESque
Exequias ILLI, Ternio triſtis, eunt.
Ultque parent Urnam Defuncto, Eccleſia juſſit
Communes lacrimas Hoc pietatis Opus.

Vid. Conc. Funebr. p. 40.

Scripta.

GEiſtliche Troſt-Quellen durſtiger Seelen / auß *Rom. VIII. v. 31.--34.* über den Tod Hn. Joh. Daniel Andlern / Fürſtl. *Expeditions*-Rath / Stuttg. 1668. in 4.

Geiſtlicher Lebens-Geruch / auß *Johannis III. v. 16.* bey der Leich Herrn Johann Ulrich Schweickers / Stattſchreiber zu Stuttgardt / Stuttg. 1671. 4.

Christl. Eltern Trost bey dem Tod ihrer Kindern über den seel. Abschied Herrn Anton Ulrichs / Printzen zu Würtemberg Neuenstättischer *Linie*, auß *Sap. IV. v. 14.* Heilbronn/ 1680. *fol.*

Geistliche Seelen-Ruhe GOtt-ergebener Hertzen / auß *Ps. LXXIII. v. 25. 26.* über der Leichbegängnuß der Durchl. Prinzessin Annä Johannä von Würtemberg/ Heilbronn/ 1680. *fol.*

Erinnerungs-*Sermon*, und Christl. Hochzeit-Predigt / über dem Beylager Herrn Ludwig Christian / Grafen zu Stollberg / &c. und Prinzessin *Sophiæ Dorotheæ*, von Würtemberg / Neuenstättischer *Linie*, &c. auß 1. *Mos. XXIV. v. 60.* Heilbronn/ 1681. *fol.*

Klag- und Trost-Predigt / auß *Esaiæ LXII. v. 3.* über Hertzog Friderichen von Würtemberg Neuenstättischer *Linie*, Augspurg / 1683. *fol.*

Christl. Buß-Predigt/ auß *Jerem. IV. 7. 8.* Am *XXII.* Sonntag *Trin.* zu Stuttgardt in der Hof-Capell gehalten/ Stuttg. 1692. in 8.

Klag- und Trauer-*Sermon* bey der Beysetzung deß Durchl. Fürsten Friderich Carln / Hertzogen zu Würtemberg und *Administratoris*, Stuttgardt/ 1699. *fol.*

Christliche Leich-*Sermon* über dem höchst-klägli-chen / doch seeligen Ableiben deß Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn Johann Friderichen / eines Löbl. Schwäbischen Crayses bestellten Obristen über ein Regiment Dra-

Dragoner/ als derselbe den 9. *Novembr.* 1693. nach 9. Uhren / mit Fürstl. *Ceremonien* in die Fürstl. Grufft beygesetzet wurde/ Stuttg. bey Christian Gottlieb Rößlin/ 1697. *fol. Gravis admodum oratio, quâ Author adversus duella, quali Princeps ille occubuerat, entheo plané Zelo invebitur.*

Seelig-sterbender Christen Geburt zum Leben in gehaltener Trauer-*Sermon* über höchstseeligen Ableiben der Durchleuchtigsten Fürsten und Frauen/ *Mariæ Dorotheæ Sophiæ*, Hertzogin zu Würtemberg 2c. Gebohrner Gräfin zu Oetingen / als der seelig-verblichne Leichnam Donnerstags *d.* 21. *Julii, An.* 1698. Nachts um 10. Uhren mit Fürstl. *Ceremonien* auß der Hof-Capell in die Stiffts-Kirchen getragen / und daselbst in dem Fürstl. Gewölb beygesetzet worden / vorgestellet/ Stuttgardt / bey Christian Gottlieb Rößlin/ 1698. *fol.*

MICHAëL MüLLER, S. Theolog. Doctor & Cancellarius Academiæ Tubingensis, qui in lucem felici auspicio fuit editus Campiduni, Urbe Imperiali notissimâ. Anno 1639. d. 17. Octobr. Parentibus Caspare, Cive Campidunensi, & Magdalena Leonhardi Boccii, Filia. Scholas frequentavit partim in prædicta Urbe, partim Wildbergæ, non ignobili ducatus Würtembergici Oppido. Tredecennis factus ob singulares in studiis profectus Anno 1652. in Cœnobium Blabyrense, & exacto ibidem annuo ac tri-

Nat. 1639. *Cl.* 1683. *Ob.* 1702.

mestri spatio, in Bebenhusanum, denique An. 1654. in Stipendium Illustre, quod Tubingæ est, receptus, ubi & gradum Magisterii secundo inter plurimos Candidatos loco consecutus, & elapsis aliquot annis in Repetentium numerum cooptatus fuit. Inde ad sacras functiones evocatus Anno 1662. ætatis 23. Diaconiam Göppingensem, porrò Stuttgardianas, ulterius Göppingensem Pastoratum & Superintendentis munus sustinuit. Ex quo Anno 1682. ad Professionem Theologiæ Ordinariam in Academiam Tubingensem & Parochiam Oppidanam translatus, multiplici ac insigni solidæ doctrinæ fœtu præclarè mereri cœpit. Anno 1683. Doctor Theologiæ renunciatus Disputationem Inauguralem de Invocatione Sanctorum masculè defendit. Ex eo tempore summam Ordinis sui ut Decanus sæpius administravit. Rectoratum Academicum quarta vice gessit. Curationem verò redituum Universitatis semel. Anno 1698. Cancellariatum Academicum, sed absque Præpositura Tubingensi, quæ Viro Emerito, D. Georg. Henrico Kellero, in Solatium Senectutis ex singulari Principis Sereniſſimi gratia collata fuerat, obtinuit, quem tamen ob iniquiorem valetudinem, cum qua subinde conflictabatur, paucis annis administravit. Conjugium repetiit quartâ vice, cum diversis conthoralibus, quarum prima erat Barbara Elisabetha, Johannis Jacobi Mülleri, Superintendentis Schorndorffensis Filia, Virgo, cum qua filiolam genuit illicò post partum ipsa cum Matre extinctam. Secunda, Sibylla, M. Georgii Dussleri, Pastoris Hermeringani Filia, quæ Anno 1664. desponsata novendecennali matrimonio duodena prole Parentem

tem fecit ; Ex superstitibus , quorum quatuor, Filius unicus Christophorus Michaël , Pastor Schlaitdorffensis est. Filiæ verò tres , non postremæ laudis Viris elocatæ sunt. Prima scilicet , M. Jacobo Friderico Andlero , Diœceseos Tubingensis Superintendenti & Pastori Derendingensi piæ mem. Altera Johanni Christophoro Gerlachio , Medicinæ Doctori ; Tertia denique Domino Johanni Eberhardo Röslero , Moralium in Academia Tubingana Professori. Reliquæ duæ Cancellarii nostri Conjuges fuerunt Maria Veronica , Domini Joh. Adami Kurreri , Professoris & Juris-Consulti Vidua , & post illam, Maria Rosina , Johannis Jacobi Demondi , Senatus Justitiæ Stuttgardiani Consiliarii , Vidua , ex quibus nullos suscepit liberos. Vir longiore vitâ dignissimus. Erat enim Theologus & Concionator gravis ; Disputator rotundus ac perspicuus ; Præceptor studiosæ Juventutis fidelis ac candidus ; Orthodoxiæ defensor strenuus , heterodoxiæ verò, cumprimis illius, quam Novaturientia quædam Ingenia dudum parturiebant , osor acerrimus. Unde & primus ille fuit saltim in Wirtembergia , qui non tantùm Johannis Georgii Bœsii , Diaconi Soravienſis , horrendam de Termino Gratiæ Peremtorio sententiam publicâ disputatione An. 1701. habitâ confutavit , verùm etiam 1692. Collegium de præcipuis eo tempore motis Controversiis habuit , notatis ac refutatis Stengeri & aliorum Theologorum periculosis dogmatibus ; Quod cum Anno 1694. multorum votis & precibus fagitatus prelo committere cæpisset , suppressum est. Sed & Principi, quo erat Judicio maximo rerumque

multo usu subacto, prudentiam singularem, cum in Sacris, tùm aliis negotiis approbavit, eamque ob causam de Salute Patriæ Ecclesiæque tuenda, in consilium non semel adhibitus. Singularem Amicitiam coluit cum Elia Vejelio, D. Ulmensium Superintendente, qui ad illius disputationem de Pœnitentia Indurati, Epistolam & deinceps dissertationem adjecit Patristicam de Dicto Chrysostomi: Millies peccâsti, millies pœnitentiam age. Idem D. Vejelius in Epistola ad Amicum, eum vocavit: Theologum probatâ pietate, rarâ eruditione & acumine judicii insigniter conspicuum vid. G. Serpil. Epitaph. p. m. 113. Corporis habitu gaudebat erecto & robusto, sed catarrhis obnoxio. Humanitatem, quâ semper celebrabatur, & placiditatem animi, quâ & Controversias quasque tractare solebat, ipso vultu sereno, & Theologum ornante, præ se ferens. Spiritum Deo reddidit plenus fiduciæ in Servatorem & Cœlestis desiderio Vitæ flagrans, d. 26. Martii Anno 1702. ætatis climacterico majore. 63. Ministerii 40. Defunctum Concione ex 1. Tim. I. v. 15. Evangelischer Gnaden-Lehre wahre Beschaffenheit / proponens Dominus M. Jacob Friderich Hochstetter, Diaconus Tubingensis. Oratione Germanicâ memorabili, Johannes Conradus Klemmius, t. t. Professor Logices & Stipendii Ducalis Ephorus; Universitas Programmate solenni; amici Carminibus prosecuti sunt.

Gabriel Schweder, JCtus Feudalium & J. P. Professor.

Magnus

Magnus eras Doctor, Domini MAGNALIA nobis
Heic referens nunc es, Major in arce poli.

Johannes Conradus Creilingius Philos. Nat. & Mathem. Professor.

Dum cuperet solvi numerata Potentia nostri
MüLLERI, radix præstitit analysin.
Cedite SCALARES; ASTRALES cedite nugæ;
Hoc dabo pro nugis; Vir tetragonos *erat.*

Programma Universitatis cum aliquali recensione Scriptorum ejus exhibet Henricus Pippingius, in Sacro Decad. Septennario, Dec. VII. Memor. 68. p. m. 965. seqq.

Scripta.

Disputatio Inauguralis de Invocatione Sanctorum, pro Gradu & Loco, Tubingæ, 1682. in 4.

Disputatio de Imputatione Justificâ. Pr. Johanne Jacobo Kolbio, Tub 1683. in 4.

Compendium Theologiæ Aphoristicæ D. Melchioris Nicolai, Ulmæ, 1688. in 8.

De Cathedrâ Confessionali.

De Purgatione Animarum Separatarum.

De Indulgentiis, earumque S. Scripturæ, antiquitati & sanioribus Pontificiis adversante Nundinatione. Inauguralis Alberti Vejelii, Ulmensis.

Typus fœderis gratiæ paucis thesibus delineatus. Pr. M. Joh. Ulrico Frommanno, lb. 1690. fol.

De

De Vocatione Ministrorum Ecclesiæ Mediatâ. Præs. Gabriele Westphalo, Sueco. Ib. 1691. in 4.

De Clavibus Regni Cœlorum, Ibid.

Tessaradecas Evolutionum Sacrarum, Tubingæ, 1694. in 8.

Disputatio in dictum Paulinum Eph. II. v. 20 Anno 1696. in 4,

De Thesauro Ecclesiæ Romanæ Indulgentiario, Ib.

Explicatio Articuli ex Aug. Conf. Secundi de peccato Originis & decimi octavi de Lib. Arbitrio.

Disp. de donis Ægyptiacis Exod. XII. v. 35. 36. Præs. Joh. Specbtio Isnensi, Ibid. 1701. in 4.

Disp. de Pœnitentiâ Indurati; Præs. Joh. Joach. Kolbio. Argentoratensi, Ib. 1702. in 4.

Germanica.

Leichpredigt über der Leichbegängnuß Herrn Johann David *Cummerellen*, *J. U. D.* und *Consistorii Advocatum*, auß *1. Joh. I. v. 7.* Stuttgardt/ 1675. 4.

Leichpredigt über dem Tod Herrn Joh. Georg *Cottæ*, Buchhändlers zu Tübingen / auß *Rom. XIV. v. 7. 8.* Tübingen/ 1692. in 4.

Manuscriptum.

Collegium Anti-Pietisticum.

Nat. 1640. *Cl. 1685.* *Ob. 1692.* JOHANNES JACOBUS STEINHOFERUS, SS. Theologiæ Doctor, Serenissimo Principi ac Domino Christiano Ernesto, Marchioni Byratheno

no Generalis Superintendens, Concionator Aulicus Primarius, Confeſſionarius, Conſiliarius Eccleſiaſticus & Gymnaſii Director natales habuit Marpaci, oppido Wirtembergiæ ſatis claro Neccaro quippe commodum adſitó d. 22. Januarii, An. 1640. Patre Joh. Georgio, Conſule, Senatus Provincialis Grandioris Aſſeſſore, M. Georgii Steinhoferi, Diaconi Brackenheimenſis, poſteà Paſtoris Erbſtettenſis, filio. Matre Magdalena, ſtirpe Fuchſiana. Aquâ ſalutari Deo mancipatus per ejusdem ſtadium decurrit, pietati artibusque mentem aptavit in Scholis, Germanicâ ſimul & Latina; Ductore M. Johanne Samſone Kornbeckio, Marpacenſi Præceptore. Rudimentis literaturæ melioris feliciter depoſitis, cum ingreſſu Anni 1655. promotio in Blaubyrenſe Cœnobium; deinceps in Collegium Phœbianorum Caſtrorum (Bebenhauſen) tandem in Theologicum ſtipendium Tubingæ inſecuta eſt. Triennio ibi exacto, & accepto jam 1659. Baccalaureatus gradu, tanto undique Humaniorum & Philoſophiæ commeatu ſtipatus eſt repertus ab Examinatoribus, ut inter tredecim Magiſterii Candidatos agmen ducere juberetur. Eodem mox anno in Collegium Repetentium (à repetendo cum Magiſtris Locum Theologicum & cum Complentibus, Lectiones Artiſtarum, denominatorum) coóptatus. Poſt obitum Chriſtophori Hochſtetteri, Superattendentis Vicariatu Kircho-Teccenſi per biennium functus eſt. Anno 1663. d. 25. Sept. Stuttgardiæ partes Vicariæ demandabantur ei, in binos obeundæ annos. Anno 1665. d. 14. Sept. Exaltatione Crucis, Dei Principisque clementiſſimo nutu Diaconus

conus Göppingensis nuncupatur. Cum autem An. 1671. Serenissimus Princeps, Christianus Ernestus, Marchio Brandeburgicus, Sophiam Louysam, Celsissimi Ducis Eberhardi III. Wirtembergici filiam in thalamum duceret, Steinhoferus cum ternione Coætaneorum, quos inter etiam D. Hæberlinus fuerat, in suffragia venit, ut cum Serenissimâ Sponsâ Byruthum iter faceret; Habitâque in Sacello Ducali Concione exploratoriâ omnium Principum præsertim Domini Marchionis, gratiam & applausum sibi conciliavit. Jussu itaque Serenissimi Principis Eberhardi in domuitione Conjugum Principalium. d. 4. Maji, ejusdem anni via Baruthum ipsi, tanquam Concionatori Itinerario, ingredienda veniebat. Cum comitatu verò bonis auspiciis domum repetens à Serenissimo Principe Christiano Ernesto brevi post vocationem accepit, ut ejus Concionatorem Aulicum, itemque Confessionarium & Consistorialem ageret. Quam Spartam, variis & prægnantibus ex causis frustrà deprecatus, tandem acceptavit. Ægerrimè tamen à patria divulsum testatur distichon, quo à Celsissimo Nutritio suo spem reditus in patriæ gremium enixè & humilimè discessurus petiit. Eam non solum facilè obtinuit, verùm etiam jussu clementissimo Patriæ Patris, præviâ disputatione de Lege & Evangelico publicâ, sumtu Ducali Licentiam summos in Theologiâ honores capessendi d. 28. Junii, 1672. cum insigni, Facultatis Theologicæ testimonio stipatam suscepit. Jubileo autem Academiæ Tubingensis celebrato An. 1677. operisque Baruthi nec indecorè, nec infrugiferè septennio ferè locatis, insignia Theologiæ Doctoralia à B. Raithio,

Raithio, nomine Universitatis, per humaniter oblata cum Joh. Ulrico Wildio, Elslingensium Antistite, admisit & solennitatem istam Secularem cum laude cohonestavit. An. 1679. Princeps Baruth-Brandeburgicus ipsum Concionatorem Aulicum supremum per decretum suis d. 6. Febr. intimavit. An. 1687. verò Superiorem totius Marchionatus Superintendentem, atque die 19. Februarii Generalem; Consiliarium Ecclesiasticum ac Christian-Ernestini Collegii Directorem constituit, ubi d. 11. ejusdem mensis Principi suo, in præsentiâ Dominorum Consiliariorum Secretiorum, tanquam Superintendens Generalis, Juramento fidelitatis sese obstrinxit, deinde à Comite de Ronow, summo Præside in Consistorium ita æstimandus fuit introductus. Tot tantarumque Spartarum jubare effulgebat, tùm multivariâ Numinis & Principis inusitatâ gratiâ coronabatur atque excellentissimis, quibus inclaruit dotibus, in gloriam ac honores plenis velis invehebatur. Nec minus tamen in patriô Ducatu, Charitiniâ nostrâ, ad summos Ecclesiasticæ Dignitatis gradus haud dubiè revocatus fuisset, nisi fata quædam domestica cum præcociore obitu spem intervertissent. Sanè jam An. 1681. Secretarius Intimus B. Kirchnerus, Nomine Serenissimi Administratoris, Professionem Theologiæ Ordinariam, cum Inspectione Stipendii supremâ illi obtulerat; posteàque Tetrarchiam, & Insulam Adelbergensem, si fortè aëris solique Marchici impatiens redderetur valetudo, per integrum Septennium, patere jussit Princeps laudatissimus. Thori vitæque sociam d. 23. Octobr. 1665. nanciscebatur Mariam Cathari-

rinam, Johannis Bezii, Senatoris Tubingenſis filiam, quæ, cum quatuor uteri pignoribus maritum beâſſet, Anno 1670. d. 15. Febr. in puerperio animam cœlo reddidit. Superſtes ex eâ remanſit Laurentius Jacobus, J. U. Licentiatus, Anno 1666. editus. Vinculo conjugali mortis diritate rupto ſecundis nuptiis coaluit cum Maria Margareta, Joh. Ulrici Bauderi, Abbatis & Generalis Superintendentis Mulifontani, filiâ, quæ tres filios totidemque natas ei dedit, interque iſtas Chriſtianam Sophiam, Virginem omnibus virtutum decoramentis exſplendeſcentem, ſed præmaturo fato An. 1695. d. 17. Sept. ætatis 16. Göppingæ abreptam. Filius unicus Ludovicus Chriſtophorus in Ducale Stipendium receptus ſtudia continuavit, hodieque Paſtorem agit Steinhofenſem. Cæterum D. Steinhoferus maximis in peregrinâ terrâ Vir elogiis erat, profundâ rerum divinarum humanarumque ſcientiâ & eloquio excellenti, ad penetranda corda ἐξουσίαν ἔχοντι, pollens, juxta B. Wagnerum;) Qui, ut habent verba Programmatis Barutheni, doctrina & vitâ Theologum laudatiſſimum conſummavit? Cogitationibus enim divinis ſe totum implevit, ad hujus mundi phaleras cum incolis non obſtupuit, melle ſe nullo deliciarum perunxit; inconſtantiâ nulla transverſum rapuit, ſcrinia codicis ſacri diligentiſſimè excuſſit, viam Viatoribus beatam ad cœleſtem Hieroſolymam non ſegniter oſtendit, errabundis ad ravim usque inculcavit. Tenuit clavum maſculè, rexit ſapienter, declinavit ſcopulos ſolerter, Deique beneficio ex multâ tempeſtate ſervavit navem fortiter.

(a) *Jubil. Acad. Tub. II. p. 115.*

ter. Salutari afflictionum virgulâ tactus jucundum interpretabatur, maligniora in ipſum fata patientiâ diſſlabat, alium vultum inducebat nullum, è tenebris ac fumo cœleſtem animo ſuo inferebat lucem. Auſteritate arcebat neminem, comitate omnes invitabat, fides ac integritas nonniſi cum morte divortium faciebant. Hactenus Programma Joh. Gropii. Miniſtrorum Patrem fuiſſe & Exemplar veri Theologi vel Invidiam, tametſi virulentam, teſtimonio comprobaturam affirmat Valentinus Ambroſius Seidelius, in Concionibus Aulicis Collega. (b) Unde apud Principem ſuum usque adeò gratiâ amore & æſtimio floruit, ut in dimiſſionem ejus nullatenus conſentiret, ſed poſthabitis inimicorum ſtrophis & obtrectationibus ab uno gradu ad alterum usque ad ſummum faſtigium eveheret. Circa ſcripta ejus, quæ pauca quidem ſunt, nonnulla occurrunt memoratu digna. Diſputatio quippe Inauguralis, quam ſub titulo: Moſis & Chriſti; defendit, juſſu Principis Wirtembergiæ, Eberhardi adornata fuit, in quâ phraſis quædam in Diſput. Inaugurali, Johannis Deſchleri, à B. W. adhibita, ſed Arminianis faventior viſa, examen ſubiit. Alter ejus fœtus ſub rubricâ: Virgæ exactoris confractæ lucem aſpexit occaſione Libelli Cantionum à Domino Stockfletio An 1690. in 8. editi, in quo præter diverſas Textus recepti in hymnis nonnullis mutationes ſub calcem Manuductionem adjecerat Vir alioqui doctiſſimus: Quo pacto Chriſtianus homo durante S. Synaxi devotionem ſuam in Templo proſequi poſſit, etiamſi ſacro epulo ipſe tùm non accederet. Eo in Tractatu tribus conſtante philyris negabat

(b) *In Perſonal. Conc. Fun ſuffix.*

gabat Christianos esse, aut gratiæ divinæ ac salutis æternæ participes futuros, qui, (tametsi Evchari-stiâ ipsimet non uterentur,) ad finem usque Sacræ Communionis præsentes in Templo non remanerent. Imò participes esse affirmabat Cordis Judæ, proditoris Jesu, qui acceptâ buccellâ exivit continuo. Sic & eos, qui tàm citò post Concionem excedant, bolum tantum accipere; bolum de Homilia, bolum de Cantico; bolum de Precatione; de Cœna Domini nihil; vel si denique permaneant, donec Verba Cœnæ per Sacerdotem coram Altari sint decantata: istum saltem bolum inde accipere & foras exire, sicut Judas. &c. (c) Nimium in hoc & aliis fuisse ostendebat D. Steinhoferus Oratione Synodicâ, typis deinceps impressâ sub titulo præmemorato; quâ sententiam Stockfletii sine S. Scripturæ, Antiquitatis, Librorum Normalium ac Liturgicorum, Theologorum item Orthodoxorum suffragiis, magno, sed inani conatu in præjudicium Christianæ Libertatis, Rituumque Adiaphoriæ, Ecclesiis Evangelicis temerè obtrudi demonstravit. Enimverò Dominus Stockfletius Oratione Synodali, subsequente anno habitâ suam opinionem defendere satagens, eam sub lemmate: Virgæ Pastoralis ad Exactoris confractam vigilantis, evulgavit: quam tamen D. Steinhoferus morte præventus non vidit. Illustre verò Consistorium Marchicum obelo notatam, à Ministris Ecclesiæ, qui eam passim distraxerant, repetiit, cum B. ille Vir Steinhoferus acerbè admodum in eâ fuerit exagitatus. Reliqua Exemplaria incendio, quo Mönchberga cum ædibus Parochialibus & insigni Bibliothecâ Superintendentis Generalis D. Stock-

(c) *Vid. Steinhof. Virg. Exact. Confr. p. m. 34.*

Stockfletii conflagravit, consumta sunt. Ita sopitæ sunt velitationes, Aug. Pfeifferi celebris Theologi judicio, nonnihil amarulentæ. (d) D. Steinhoferus in Aulam Cœlestis Patriæ, arthritide scorbuticâ vagâ exhaustus emigravit d. 7. Januarii An. 1692. cum vixisset Annos 52. demtis diebus 16. horis 17. Ministerii An. 31. Conjugii 26. Viduitatis I. Exuvias mortalitatis ejus Splendidissimis exequiis Baruthi in Templo Primario humari jussit Princeps. Memoriam posteritati certatim consecrârunt secundùm temporis ordinem, Johannes Gropius, Diaconus & Eloq. in Gymnasio Byruthino Prof. Publ. quo Collegarum suoque nomine funus indixit Dominica II. p. Epiphan. Concione ex Symbolo defuncti Ps. XXXI. v. 16. egregiâ, Dominus V. A. Seidelius, Ecclesiastes Aulicus, cujus Thema: Der in die Hände GOttes gezeichnete Vielgeliebte. Oratione vernaculâ eleganti, Dominus Joachim Henricus Hagen, Eccles. Xenod. & Prof. Theol. Moral. adumbrans: Den auf Steinen entschlafenen Jacob. Idem effigiem enthei Theologi & excellentis Viri, quem vocat, cineres Teutonico veneratus est epigrammate; quod hîc repeti meretur præ cæteris:

Schau dieses Angesicht zeugt nicht der
Augen-Blitz
Vom Feur der Gottes-Furcht / das
in der Seel gebrennet
Vom Eyfer vor die Lehr / die Christus Volck bekennet?

(d) Catechismus-Pred. p. 158. ap. Serpil. Epit. Th. Sues. p. 59 seq.

Vom tapffern Pred'ger-Geist/ von Kunst/
Verstand und Witz?
Ach? Daß der theure Mann / schon
ligen muß vergraben!
Wen würd der Ihme gleicht diß Land
hinfüro haben?

Carminibus prosecuti sunt plurimi, etiam Illustres Viri, cum primis, Joh. Albertus S. R. J. Comes de Ronow. aliique lapidariis eximias laudes beati affatim deprædicantes, quæ brevitatis studio recensere prohibemur. De vitâ conferri possunt præter memoratos Panegyristas Jubilèum Acad. Tubingensis Secundum, & Cel. Serpilii Epitaphia Sueviæ II. cit. ubi tamen semiseculum præcisè Steinhoferum vixisse perperam observavit.

Scripta.

Virga Exactoris Confracta, h. e. Justa & necessaria Confutatio Non-Communicantium Δειπνοθεωρίας *sub Gratiæ & salutis dispendio, sine S. Scripturæ, Antiquitatis, Librorum Normalium ac Liturgicorum, Theologorum item Orthodoxorum suffragiis magno, sed inani conatu in præjudicium Christianæ Libertatis, Rituumque Adiaphoriæ, Ecclesiis Evangelicis temerè obtrusæ d. 8. Octobris, 1690. instituta in Synodo solenni Byrutbinâ, quâ opportunè tractabatur Artic. Conf. Au. ultimus qui est de potestate Ecclesiæ. Byruthi literis Gebhardianis, 1690. in 4.*

Moses

Moſes & Chriſtus, ſeu Tabula Legis & Evangelii Diſput. Inaugurali ſub Præſidio J. Ad. Oſiandri Theol. D. & Prof. Publ. diſcuſſa, Tubingæ, 1672. in 4.

Status Crucianorum Ratio ac Levatio, oder trübſeliger Creutz Chriſten Amts-Pflicht und Troſt-Bericht/ auß *Syr. II. v. 3. 4. 5. 6.* über der Leichbegängnuß Fr. Eliſabethä Heinlinin/ Aebbtin zu Bebenhauſen/ Tübingen/ 1666. in 4.

JOHANNES HENRICUS SCHELLENBAURIUS, Concionator in Eccleſia Cathedrali Stuttgardiana Veſpertinus, & Gymnaſii Profeſſor Hebræo-Logicus, vitam exorſus eſt Brackenhemii d. 18. Januarii 1643. Patre, Philippo, Carpentario & Xenodochii Inſpectore, Matre Catharinâ. Utroque Parente nondum ſexennis orbatus, ſub paternâ planè cura Melchioris Nicolai Paſtoris ibidem & poſtea Mulifontani Præſulis, ſtudiis adhibitus, & ex Stipendiis, quorum plurima & illuſtria diſpenſat illa Civitas, ſuſtentatus, poſt Scholam trivialem Clauſtrales intravit, Mulifontanam ſcilicet 1658. & elapſô biennio Bebenhuſanam; ex quâ nondum exacto Anno in Stipendium Ducale Tubinganum receptus honores Philoſophicos primo & ſecundo loco, inter Competitores ſatis numeroſos, obtinuit, conſcriptâ proprio Marte de Anima Intelligente diſputatione Philoſophicâ. Repetentis deinceps charactere ornandus, cum profectus in Theologiæ Studio egregios defensâ ſub præſidio D. Oſiandri Cancellarii diſſertatione præliminari, de Viſione beati-

Nat. 1643. Cl. 1685. Ob. 1687.

fica, oſtendiſſet, Præceptoratum in Cœnobio Maulbrunnenſi prætulit, Anno 1666. ex quo 1669. ad Diaconiam Leobergenſem; Anno 1672. ad Göppingenſem Superiorem, 1677. ad Stuttgardianas ſucceſſivè promotus, & 1683. Paſtoratu ad D. Leonhardum aliquandiu defunctus, tandem Eccleſiaſtis Veſpertini in Templo Cathedrali Munus cum Profeſſione in Gymnaſio recens fundato ſuſtinuit. Conjugium iniit cum Anna Maria Johannis Bernhardi Ströblingii, Civis Böblingenſis Filia, genitis ex illa octo Liberis, relictis tamen duntaxat geminis Filiabus. Vir longiore Vita & altiore faſtigio dignißimus; nec tantùm ſolidè doctus, verùm etiam inſigniter pius. Zelotes tàm contra vitæ impietatem, quàm heterodoxiæ, cumprimis Calvinianæ & Böhmiſticæ, nec non Syncretiſticæ venenum, tacitè ſerpens, acerrimus; Concionator in paucis eximius, exilis quidem vocis, neque adeò amœnæ, ſed Dei Spiritu plenus, ideoque Sereniſſimæ Principi Magdalenæ Sibyllæ æſtimatiſſimus. Cæterùm variis & vehementiſſimis tentationum procellis agitatus; Animam ultimo Chriſti ſuſpirio in manus Patris Cœleſtis reſignavit, Anno 1687. d. 10. Decembris, Ætatis 44. Miniſterii 21. Epitaphium erexit D. Johann Wolffgang Jæger, diſtricho ſequenti:

Hic Pietas fervensque jacet pro Numine Zelus
Candor & ex Ejus Funere Funus habet.

Concionem Exequialem dixit Joh. Jacobus Langius, Paſtor ad D. Leonhardum ex Pſalm. XXXVIII. v. 10. Frommer / bevorab verſuch-

suchter Hertzen GOtt-begierige Seufftzer: explicans. edit. Stuttg. 1691. 4. De Scripto primario, s. Postilla, conferatur Ephraim Prætorius, Pastor Dantiscanus. (a)

Scripta.

Disputatio Philosophica de Anima Intelligente, Heilbrunnæ, 1664. 4.

Compendium Logices pro Scholis in Ducatu Wirtembergico, Stuttgardiæ, Anno 1682. & 1704 4.

Catechetische Unterweisung zur Seeligkeit / Stuttgardt / *Anno* 1682. 1696. 1700. 1703. 1705. &c. 8.

Epistell-Postill / oder Schrifftmässige Anweisung zum Christenthum / Stuttg. 1694. in 2. Theilen / 4.

Kern aller Gebett / vermehrt / Stuttg. 1691. in 8.

Ein Christl. Creutz- und Trost-Lied: Lebt jemand so wie ich / so lebt er wunderlich.

JOHANNES JACOBUS LANGIUS, Ecclesiæ Stuttgardianæ ad D. Leonhardum Antistes, vitæ curriculum cepit Nürtingæ d. 25. Julii, An. 1646. ipsâ S. Jacobi feriâ, Parentibus Johanne Wendelino, Poligrammateo & Mariâ Demmleria. Quinquennio nondum superato patrem amisit, & sub matris vitricique Domini Johannis Christophori Dieterici, Chirurgi & Senatoris paternâ solicitudine & curâ

Nat. 1646. Cl. 1690. Ob. 1690.

(a) *Biblioth. Homilet. in Ind. Lit. S.*

ſtudiorum telam perſecutus eſt in Scholâ Nürtingenſi, ex quâ Anno 1659. cum aliis in Collegium Blaburense, & elapſo biennio in caſtrum Phœbeum receptus, baccis primæ laureæ redimitus eſt. An. 1662. quibus Magiſterii honores in Stipendio Theologico verſanti, tertio inter 22. Competitores loco, acceſſere. Eccleſiam Dei verbo Evangelii deinceps paſcere cepit Tuſslingæ propè Tubingam, ut Vicarius, & An. 1668. ut Alumnorum Hirſaugienſium Præceptor, porrò Anno 1672. Göppingæ, ut Diaconus, Collegâ gaviſus Domino H. Schellenbaurio, cui Stuttgardiam evocato & ipſe poſtmodum ſucceſſit, quatuòr Diaconias metropolitanas ordine percurrens, Leonhardinam quidem Anno 1678. Xenodochialem An. 1681. inferiorem in æde Cathedrali An. 1682. Superiorem in eâdem An. 1683. quibus ſedulò adminiſtratis Paſtoratus Leonhardinus ei collatus eſt, cumque morbo lethali jamjam decumberet, Extraordinarii Aſſeſſoris in Synedrio Sacro & Abbatis deſignati character à Sereniſſimo Domino Adminiſtratore oblatus, quem humllimâ gratiarum actione remiſit potius, quàm accepit, ſeſſionem ſibi in Curiâ cœleſti à Domino Jeſu jamdum paratam affirmans, omnigenamque ſalutem Celſiſſimo Duci apprecatus. Felici matrimonio poſſedit Euphroſynã, Celebris inter nos Theologi, Johannis Schübelii, filiam, Joh. Wendelini Angelini, Diaconi olim Kircho-Teccenſis, Viduam, Septendecim annis quin â ſobole bene dictã, quæ mariti obitum placidâ morte antevertit, ſemeſtri prius extincta. Superſunt filii duo Altingenſium Paſtor unus, alter Mulifontani Collegii Præceptor ſecundus. Encomia

Viri

Viri poſt Dominum Parentatorem optimè expreſſit B. Joh. Laurentius Schmidlinus, Eccleſiæ Cathedralis Antiſtes & Conſiſtorii Adſeſſor, qui beatum Langium Stuttgardianorum BASILIUM appellare ſolebat. Erat enim ſancto Zelo pro Dei gloriâ & pietate non fucatâ clariſſimus. Theologi verè Aſcetici & Evchetæ devotiſſimi typus. Unde ſanctulorum cœtus, qui Böhmiani eo tempore nominabantur & conventiculis ſuis clandeſtinis invaleſcere nitebantur, quaſi ὁμόψηφον ipſis jactitabant. At enim moribundus ipſe concioni ſubnectere juſſit, Confeſſionem egregiam: Mori ſe in confeſſione illius doctrinæ, quam oviculis Chriſti tradiderit publicè, ut oſorem omnium Atheorum, Enthuſiaſtarum, Anabaptiſtarum & perverſorum Böhmiſtarum; Mori in Salvificâ Evangelii Libris Symbolicis comprehenſâ fide, & in Eccleſiâ Evangelico-Lutheranâ. Ita plenus ſolatii & præguſtûs alterius vitæ ex variis ſymptomatibus piam animam efflavit d. 23. Februarii, 1690. Symbolum ejus ex Eſaiæ XLV. v. 24. In Domino Juſtitia & Fortitudo mea, pro ſuggeſtu luculenta expoſitione enucleavit Dominus Johannes Bernhardus Hærlin, tùm Diaconus, hodiè Specialis Superattendens Stuttgardianus & Abbas San-Georgianus, ſiſtens: Jeſum Chriſtum A & O, der Anfang und das Ende der wahren Glückſeeligkeit / Freude und Vergnügens aller Glaubigen. impreſſ. Stuttg. bey Paul Treuen. Carmina diverſi addiderunt, inter quæ ordine & elegantiâ primum eſt lapidarium D. Joh. Laurentii Schmidlini, Conſiſtorialis, cujus recenſio Lectorem non pœnitebit.

Epicedium
Viator
Quisquis est, gradum siste,
Quiescit hîc
Exanime corpus
Magni quondam Spiritus domicilium
Quod vermibus non molestè concessit
qui se vermiculum modestè fuit profess*u*s
fuit ah! fuit
JOHANNES JACOBUS LANGIUS
Ecclesiæ Christi, dum fuit, Antistes Vigilantissimus
Natus Anno Salutis
Post Secula XVI. quadragesimo VIto
Die
Qui nomen dedit non sine omine
Tonitrui filium fore:
Oratio enim ejus tonitru, Vita fulgur fuit.
In Patriâ Scholâ
Intra teneros ætatis annos
Mira ingenii felicitate, studiorum contentione
mox eo processit.
Ut trivio egressus
exacta
In Virtutum Asceteriis,
Juvenilis libertatis claustris,
Trieteride,
Validis humaniorum præsidiis instructus,
ac proin duplici laurea insignitus,
ad Theologiæ, cui ab utero devotus studium.
feliciter aspiravit.

Ubi

Ubi
Hodegeta usus, Timore Domini,
excelsa mentis indole inclytus,
perspicax ingenii acumen eò applicuit,
ut eruditione è Sacris, profanisque scriptoribus
cumulata,
sublimiora tractans terrens scientiæ vanitatem
agnosceret.
non minus spectabilis morum probitate,
quàm humanitate amabilis,
DEO suo
primùm Monastica informatione;
Dein puro Divini Verbi præconio
aliquot millibus
inserviebat.
æquè admirabilis dexteritate, quàm pietate Venera-
bilis,
inclytus in Ecclesiam meritis, ac in Scholam
FELIX
Patre, Patriæ ornamento,
cui pietatis primitias debebat.
Socero, Ecclesiæ fulcimento,
in quo abunde habuit, quod æmularetur.
Uxore, omnium Virtutum speculo,
cujus adjutorio lætabatur.
Liberis, in spem familiæ liberaliter educatis:
quorum duos DEO,
Spei suæ pignora, in infantia reddidit,
ante pugnam graviorem coronandos:
Tres Patriæ reliquit,
fat felices futuros,

Si

Si & Patriæ & Avitæ Pietatis hæredes audiant.
Precum propugnaculo, Iræ Divinæ oppositio,
Prudentia in comparabili Zelo sociata
sepultam ferè pietatem
è SCHÜBELIANIS cineribus resuscitatam
Bono publico producere enixè satis laboravit.
Non minus de naturæ donis, mentis dotibus,
quàm fortunæ bonis liberalis,
Divitum simul, ac Pauperum amorem sibi conciliavit,
Ob rarum candorem
suis Charus, carus Orbi, & apud exteros Clarus,
salutis omnium avidus, prodigus suæ,
sibi omnes devinxit.
Barbara Gallorum immanitate petitus,
potius Illustri præsidio,
adjutus adversæ etiam Religionis subsidio
tectus, & intactus mansit.
Magno ausu,
nec infelice successu
Tricipitem Impietatis Cerberum
Aulæ, Curiæ, Civitati infestum
ut ut ringentem, latrantem, feliciter aggressus
disciplinæ severioris catena
ne liberè grassaretur, validè cohibuit.
hoc tamen
Non nisi Divino Robore, Herculeo sudore.
Quo ipso
Memoriam meruit nunquam intermorituram.
O Fidei Virtutem verè Magneticam.

Uno

Uno tractu
JESUM ad ſe traxit, ad JESUM ſuos, ad ſuos
omnium favorem.
Mirum!
Quo ſublimioribus officiis ſine ambitu fuit ad-
motus,
eò remotus magis ab ambitione fuit,
ut dubium ſit:
Humilitate ne, an vitæ integritate magis ſit ce-
lebrandus.
Lumen certè fuit,
Primorum Eccleſiæ Doctorûm ſpendore conſpi-
cuum.
Virtutum radios longè ſpargens.
Parum erat
Pauli indefeſſum in laboribus Studium,
Petri in ſubmiſſione Manſuetudinem
Johannis in Charitate Conſtantiam
imitari!
Ignatiani etiam Amoris Ignes
multorum Sancto incendio,
Polycarpianæ Olivæ fertilitatem
fructuum Ubertate,
Irenæi Pacificatoris ſollicitudinem
Curarum parium ſanctitate,
Baſilii invidia preſſi moderationem
actionum humilitate
ſuperare ſtuduit:
non aviditate inanis gloriæ,
ſed JESU ſuo fœnerandi cupiditate,
Non verebatur Greg. Nazianzenus
Baſilium, Virtutis dicere Legem!

Nec

Nec nos NOSTRUM, Pietatis!
Cujus viva Imago fuit, ut & Baſilii,
quam
Gracilis pariter, ſemperque Cogitabundus
Procero Corporis habitu, & recto,
Colore fuſco, vultu ſubpallido
ad vivum expreſſit.
Magnus etiam appellandus
ſi non officii eminentia, magnorum tamen Meritorum excellentia,
Talentorum enim concreditorum augmentis opulentus,
Cœli divitias non promittebat ſaltem, ſed promebat non ſine fœnore.
quod noctium quoque inſomnium vigiliis ampliabat.
Cum multos videas
dormientes necare, quos vigilantes lactabant fœtus,
Ipſe per omnes Noctis horas promptus,
Neminem perire paſſus eſt, quem nôrat periclitari.
Quin &
ſuorummet vitiorum pondere preſſos, erigere ſategit.
Quid mirare,
& Auguſtis domibus, & anguſtis caſulis optatum fuiſſe.
Cum & correctionis rigorem oris ſuavitate, actionum gravitate conjuncta, mirè temperarit.
Itaque
Quod Seculi hujus ferè miraculum eſt!
Cum non tàm Ore, quàm opere feliciſſimè docuerit,

Dictis-

Dictisque facta ejus exactissimè responderint,
Bonorum omnium suffragio,

Langius noster
Longissima vita dignissimus fuit.
Utpote
In quo Zelotarum individuus Comes, Invidia
quod arroderet, vel nihil, vel parùm invenit,
at at!
Ipse Cœlo jam ante vicinior Spiritus, cœlitùs con-
cessus
etiam Corporis Carceri ad huc inclusus,
Cœlitum Consortio lætus, ac commercio,
In Spiritûs Sancti penetralia pridem intromissus,
suavitate eorum, quæ eminus speculabatur
illectus,
Cominus intueri Arcana alteri vitæ reservata
gestiebat.
& certè,
Amore JESU Sui incensus totus
Jam pridem reditum ad Dominum suum maturasset,
Hoc etiam non reluctante,
Nisi Orborum in hoc Orbe piorum amor retar-
dasset.
Horum enim miseriæ misertus JESUS
Ne intercessorte doctore ac ductore carerent
brevem adhuc operam orbi indigno præstare jussit
dum exundante malitia, Judicio matura, subtrahe-
retur
Tandem Ergò

Non

Non calamitosæ vitæ, sed vitiosi seculi
(quæ tristissima est calamitas)
tædio victum
in Cœlum redire placuit.
Laudes Viri hujus meritissimæ
Cum omnem loris facundiam, elegantiam calami
superent.
debitum ei officium saltem delibare fasfuit.
Neque enim in hoc Amicitiæ genere decebat esse
negligentem,
quem Ipse Vivus Amoris sinceritate sibi totum ob-
strinxerat.
Sic Ergo
Generosus Veritatis Athletà,
Exantlatis tàm brevi spacio mille laboribus,
Imperterritus Pietatis Vindex,
Devictis hostibus DEI, Orci hostiis,
Illustris Victor triumphat.
Glorioso, licet incruento
Interdiros impiorum insultus, horrendos Satanæ
colaphos,
Martyrio felix ovat,
Vicinus Morti
Satur Vitæ hujus, alterius anhelus,
cujus jam delicias gustabat,
Gratiam inter & Gloriam medius,
ea perfundebatur lætitia,
ùt
neque liberorum irriguis fletibus,
neque continuis Amicorum singultibus,
neque Auditorum altissimis suspiriis
turbari posset,

quin

quin Gaudii plenitudinem verbis, ac gestibus exprimeret,
ad ultimum usque oris spiraculum,
quo
à DEO datum, DEO gratum Spiritum
non diis Manibus, sed manibus DEI,
humiliter resignavit.
Indubium ergo est omnibus
qui vel agonem ejus in vita, vel vitam in agone
novêre,
Immarcessibili corona decorum
ex alto jam despicere
Mundi hujus immundi ludibria,
Lunatica Gaudiorum deliquia,
vanorumque hominum deliria ridere.
Benevole Lector
Luge, qui hæc legis, in Communi Patriæ ob jacturam, luctu,
Piorumque Desiderio fave.
Liberæ ejus sed & Animæ gratulare
quod
Inter JESU sui desideratissimi amplexus hæret
indivulsa,
à quo hîc quoque
nec laude, nec fraude,
neque virulentiâ ulla, neque violentia
poterat divelli.
Anxius ob insanabilia Patriæ vulnera funera
tristissima
sperans diu suspirabat:
Ipse jam funus factus vulnera auxit.

Tristis memoria!
Sic voluit Patria cum moriente mori.
læta tamen, quia nactus est
Luctibus ac Luctis præmia digna suis.

Posuit
Amico olim suo suavissimo Collegæ
fidelissimo Mœstiss.

J. L. Schmidlin, Conf.

Scripta.

Desiderium oculorum dolentius ereptum, das ist/ schmertzlich entrissene Augen-Lust eines liebwerthen Ehren-Weibes in einer Christl. Leich-*Sermon*, auß *Ezech. XXIV. 16.* bey sehr wehmüthiger Leich-Bestattung/ Frauen Anna Maria/ Herr Jacob Fischers/ Gerichts-Verwandten/ gewesener Eh-Liebsten/ Stuttg. 1682. in 4.

Leichpredigt über den Todt deß Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn/ Georg Friderichs Hertzogen zu Würtemberg/ ꝛc. Ihro Kayserl. Majest. *General*-Wachtmeistern/ *d. 12. Januarii* gehalten/ Stuttgardt/ 1686. *in fol.*

Memoriale Davidis, unterthänigstes *Memorial* deß wohlversuchten Davids auß *Psalm. XXV. v. 6. 7.* bey der Leich-Begängnuß Herrn Johann Jacob Bauren/ Hochfürstl. Ober-Raths/ vorgestellet/ Stuttgardt/ 1688. in 4.

From-

Frommer / bevorab versuchter Christen-Hertzen GOtt-begierige Seufftzer / auß den Davidischen Worten / *Ps. XXXVIII. v. 10.* bey Volck-reicher / zumalen sehr traurigen Leich-Begängnuß / Herrn *M.* Joh. Heinrich Schellenbauren / Stiffts-Abend-Predigers / und bey Fürstl. *Gymnasio* allhier *Professoris*, &c. in der Hospital-Kirchen erklär. *d. 13. Decemb. 1687.* Stuttgardt / 1691. in 4. *posthum. edita.*

Ein geistlich Lied: Hilff Helffer hilff in Angst und Noth / du kanst es thun du starcker GOtt / &c. Du wilt es thun du liebster GOtt / &c. in 16. Gesetzen. *vid. Dr.* Hedingers Gesang-Buch / und *D.* Hillers.

GEORGIUS HENRICUS HÆBERLINUS, SS. Theol. Doctor, Ser. Wirtembergiæ Ducis Consiliarius, Templi Cathedralis Stuttgardiani Antistes, Consistorii Assessor, Academiæ & Monasteriorum Visitator, & Abbas Alpirspacensis, primos vagitus edidit Stuttgardiæ, Anno 1644. d. 30. Septembr. Patri Joh. Jacobo Mercatori & Judici, Matri, Barbaræ, H. Pistoris, Parochi Behringensis Filiæ. Cursum Studiorum in Pædagogio inchoatum & per Scholas Claustrales Maulbronnensem 1658. & Bebenhusanam 1659. continuatum felicissimè absolvit in Academia Tubingensi. Utrâque laureâ primo inter 26. Candidatos loco 1663. redimitus, Theologiam eâ dexteritate tractavit, ut habitis tribus Disputationibus publicis Stipendii Repe-

Nat. 1644. Cl. 1685. Ob. 1690.

tens atque 1668. Diaconus Leomentanus, sequenti verò Cantstadiensis, porrò 1675. Stuttgardianus ad D. Leonhardum, & successivè in Xenodochio, deinde in Ecclesia Collegiata, denique verò Anno 1681. ætatis 37. Theologiæ Doctor & Professor in Academia Tubingensi Extra-Ordinarius, Illustrisque Stipendii Superattendens creatus fuerit. Quas Stationes Concionibus, Lectionibus, Disputationibus, Collegiis privatis, Scriptisque publicis usque adeò decoravit, ut famâ de illius eruditione diffusâ usque ad Regiam Majestatem in Suecia penetraret, quæ missis alterâ vice regiis diplomatibus Primariam Theologiæ Professionem in Academia Livoniensi, Dorpato, ei clementissimè detulit, promissâ insuper Episcopali Dignitate in Urbe Rigensi. Sed & Altdorffensis Academia Professorem desideravit. Enimvero ægritudine corporis impeditus splendidas istiusmodi Vocationes, officiis Patriæ, quibus destinabatur, post habere voluit, debuit. Anno 1691. à Potentissimo Saxoniæ Septem Viro Johanne Georgio III. Tubingæ terrenis valedicente desideratus, consolationibus è Verbo Dei & sacro ephodio eum instruxit, magno à Saxonibus in pretio habitus. Ad ultimum defuncto J. L. Schmidlino, in Antistitis Ecclesiæ & Consistorialis munere Anno 1692. d. 19. Febr. jussu Sereniſſimi & ex voto plurimorum successit, cæteris quoque dignitatibus, Abbatis nimirum Alpirspacensis, & Academiæ Visitatoris, Gymnasiii que Scholarchæ auctus. Conjugium iniit alterâ vice, ductâ in Matrimonium primò Agathâ Mariâ, Joh. Christophori Hingheri, Prædecessoris quondam in Officio, Filiâ, deinde verò Dominâ Su-

sannâ

ſannâ Magdalenâ Joh. Wolffgangi Textoris JCti. & Directoris Neoſteinenſis gnatâ ex quâ Filios duos & totidem Filias reliquit. (a) Vir de cætero ſolidè doctus, ideòque à multis Provinciis & Civitatibus Imperialibus in rebus Theologicis & caſibus Conſcientiæ plurimùm conſultus: Orthodoxiæ tenax, qui Sereniſſimi juſſu Ambroſium Sehmannum de Caminiez, Böhmianæ Sectæ hyperaſpiſten h. e. J. J. Zimmermannum, & Jac. Boſſuetum, Epiſcopum Meldenſem pacis inter Evangelicos & Pontificios ſanciendæ Procum ſolidè refutavit, Dezium quoque Jeſuitam gladio ſuo jugulatum dedit. Concionator in paucis eximius, qui & verbis & lacrimis commovere noverat, adeòque laude non ſimplici dignus; rotundi & ſubacti Ingenii; rebus prudenter ac modeſtè gerendis peridoneus; & qui laneis pedibus incedens greſſus quandoque, ubi opus erat, preſſiores dedit. (b) Scripta ejus in aprico extant mox recenſenda. Deſtinârat quidem & alia luci publicæ, ſed mors præmatura ſufflaminavit, quæ nexibus eum ſuis involvit, Anno 1699. d. 20. Auguſti, ætatis 54. Miniſterii 31. Concionem funebrem ex Actor. XX. v. 25 - 38. habuit Dominus Ericus Weiſsmannus, Ejus per Intervallum Succeſſor in Officio Antiſtitis Stuttgardiani digniſſimus. Vindicias Viri contra Arnoldum dedit Andreas Caroli, Junior, in der Würtembergiſchen Unſchuld / Cap. 13. P. III. pag. 507.

(a) *Vid. Conc. Fun. p. 13. fol. ſeqq.*
(b) *Caroli Memor. Tom. II. Libr. X. p. m. 446.*

Epigraphe cippi ad ſiniſtram ædis Leonhardinæ poſiti eſt hæc:

Heîc ſitus eſt

THeologus magni Nominis, Dominus Georgius Henricus Hæberlinus, SS. Theol. Doctor, qui poſtquam Eccleſiæ Wirtembergicæ ut Diaconus, Profeſſor Theologiæ Tubingæ, Conſiliarius in Conſiſtorio, Antiſtes Eccleſiæ Cathedralis, Abbas Alpirſpacenſis, Viſitator Univerſitatis & Monaſteriorum in Ducatu totis XXX. Annis puritate Doctrinæ Evangelicæ, officii Zelo, Conſiliorum gravitate & Prudentia, precumque ardore, præfuiſſet ad Exemplum. natus annos LIV. menſes XI. Anno 1699. D. XX. Aug. in JEſu placidè obdormivit: relicto magno Patriæ Deſiderio & Familiæ Luctu; cui Princeps Vitæ beatam largiatur Reſurrectionem.

Scripta.

Scripta.

Specimen Theologiæ practicæ, Tub. 1690. ſumt. Joh. Georg. Cottæ, typ. Martini Rommeji, in 8.

Conſpectus locorum Theologicorum D. Math. Hafenrefferi tabellis exhibitus, Tub. 1690. ſumt. Joh. Georg. Cotta, typis Martin. Rommeji, in 8.

Theologia Corinthiaca in forma ſyſtematis propoſita, Tub. Anno 1693. literis Kernerianis, in 4.

Diſſertatio Theologica Inauguralis ad locum Pauli, 1. Cor. 12 verſ. 13. pro obtinendo gradu Doctorali habita, Reſp. M. David Laitenberger, Tub. 1681. typ. Joh Henr Reiſi, in 4.

Diſſertatio Theolog. de Benevolentia Dei generali & Speciali ſub præſid D. Georg. Henr. Hæberlin, Authore & Reſpond. M. Abraham Spengler / Tubing habita, Anno 1681. typ. Joh. Henr. Reiſii, in 4.

Exercitatio Theologica verum, genuinum, realem, debitum prædicati verbi divini modum delineans, Reſpon. Blaſio Löwey, Hungaro, Tub. 1682. typ. Joh. Henr. Reiſi, in 4.

Diſſertatio Theolog. de principio fidei ſive Scriptura ſacra, Reſpond. M. Philipp Conrad Lang / Tub. 1683. literis Kernerianis, in 4.

Diſſertatio Theol. de unione Sacramentali, Reſp. M. Anton Ulrico Hopfero, Tub. 1683. liter. Kernerianis, in 4.

Exercitatio Theolog de unione fidelium cum Chriſto, Reſpon. M Joh. Laurent. Schmidlin, Tub. 1682. typ. Gregor. Kerneri, in 4

Calix Euchariſticus ſ. Exercitatio Theologica occaſione loci 1. Corinth. 12. v. 13. Tub. 1682. Reſpond.

M. Johan. Frider. Caſpar, typ. Greg. Kerneri, in 4.

Diputatio Theolog. de illuſtrioribus quibusdem controverſiis ſub. præſid. D. Georg. Henr. Häberlini/ Tubing. 1684 habita Authore & Reſpond. M. Joh. Henrico Hingher, in 4.

Exercitatio Theolog de Sacramento Initiationis Nov. Teſtam habita ſub præſi. Georg. Henr. Hæberlini, D. Author & Reſpond. Frider. Henr. Camerario, Tub. 1684. literis Kernerianis, in 4.

Ἄσκημα ΘΕΟΛΟΓΙΚΟΝ de juſtificatione hominis coram Deo ſub præſid. Hæberlini, D. propoſitum ab Authore & Reſpondente Conrad Horlacher, Tub. 1684. typ. Martin Rommey.

Jus Dei in creaturas ſub præſid D. Hæberlini ab Authore M. Andrea David Carolo examini publico ſubmiſſum, Tubing. Anno 1684. Typ. Greg. Kerneri, in 4.

Diſſertatio Revocatoria de purgatorio habita ſub præſid. D. Georg Henr Hæberlin, Authore Joh. Wolffgang Rädel, Bavaro, profeſſo quondam Franciſcano Concionatore & Confeſſionario, Tub. 1685 typ. Job Henr. Reiſi, in 4.

Fœdus operum ſ. naturæ, ut obtinuit in ſtatu integro. ſub præſid. Georg Heinr. Hæberlin D. publico examini expoſitum ab Authore M. Joh. Reinb. Hedinger, Tub. Anno 1686. typ. viduæ Joh. Heinr. Reiſi, in 4.

Diſſertatio Theol. de ſatisfactione Chriſti ſub præſid. D. Georg. Heinr Hæberlin. habita, Authore & Reſpond M. Wilhelm Conr. Haſelmeyer / Tubing. 1687. Typ. viduæ Joh. Henr. Reiſi, in 4.

Philan-

Philantropia Dei ex Ezech. 33. v. 11. delineata cujus diſſertationem porismaticam ſub præſid Georg. Henr. Hæberlin. D. examini eruditorum ſubmiſit Author & Reſp. M. Joh. Philipp Höniger, Diaconus in Ebingen/ *Anno 1688. Tub. typ. Martin. Rommeji, in 4.*

Diſſertatio Theol. de Quiete. Reſp. Joh. Petr. Romius, Suevo-Hallenſis, Tub. Anno 1688. typ. Mart. Rommeji, in 4.

Diſſertatio Theolog. de Chiliaſmo hodierno fidei Chriſtianæ ruina & infidelitatis judaicæ firmamento, habita à Georg. Heinr. Hæberlino Reſpond. M. Georg. Chriſtoph. Hellwer, Tubing. 1688. typ. Martin. Rommeji, in 4.

Papiſmus irreconciliabilis, ſub præſid. D. Georg. Henr. Hæberlin, Authore, M. Eberhard. Gruber, in examen propoſitus, Tub. 1688. typ. Mart. Rommeji, in 4.

Exercitatio Theologica de tolerantia Chriſtianorum fraterna, Reſp. Jacobo Schülin / *Tub. 1688. typ. Martin Rommeji, in 4.*

Philoſophia Moſaica de novitate mundi, Tub. 1688. typ. Mart. Rommeji, Reſpond Joh. Conr. Ziegler/ in 4.

Faſciculus Myrrhæ, ex Cantic. 1. verſ. 13. repræſentatus, Reſp. Joh. Wilhelm. Baumann, Lendſidelio Franco, Tubing. Anno 1690. typ. Martin. Rommeji, in 4.

Thorus Clericorum ſub præſid. D. Georg. Henr. Hæberlini, ab Authore & Reſp. M. Frid. Haage, examini publico ſubmiſſus, typ. Melch. Gerh. Lorbeer/ Stuttg. Anno 1691. in 4.

Dissertatio Theologica de generatione plantarum, cui ob affinitatem Materiæ addita est tractatio de generatione animalium, Tubing. sumt. Joh. Georg. Cottæ, typ. viduæ Martini Rommeji, Anno 1693. in 12.

Tractatus & opera in Lingua Germanica D. Georg. Henrici Hæberlini.

Schrifft mässige Widerlegnng / deß sogenannten Ambrosii Sehmanns von Caminiez muthmaßlicher Zeit-Bestimmung gewiß gewärtiger Göttlicher Gerichte / &c. samt beygefügter Vergleichung deß Sehmannischen Vorgebens mit unterschiedlichen Ketzereyen / &c. Auf Hochfürstl. gnädigstes Anbefehlen verfertiget / und zu Bestättigung der Evangelischen Wahrheit / wie auch Christl. Hertzen zur Warnung und Unterricht in Druck gegeben / von Georg Heinrich Häberlin / der Heil. Schrifft D. und *Profess. Ordin. Tubing.* in Verlegung Philibert Brunners / gedruckt bey Joh. Heinrich Reisen / im Jahr Christi / 1685. in 4.

* *Laudatur hoc scriptum à M. A. C. Rothio Ecclesiaste Lipsiensi*, in dem nöthigen Unterricht von Prophetischen Weissagungen / *lit. G.*

Dezius suo gladio jugulatus, oder kurtzer doch gründlicher Beweiß / daß die Widervereinigung

nigung der *Protestirenden* oder der Evangelischen Augspurgis. *Confession* mit der heutigen Römischen Kirchen weder nöthig zu ihrem Heyl noch leicht nach ihrer Lehre; Vielmehr aber die Widervereinigung der Papistischen mit der Evangelischen nöthig zu ihrem Heil und leicht nach ihrer Lehre seye. Gezogen auß deß Frantzösischen Jesuiten und *Theol. D.* zu Straßburg / Johannis Dez / bekannten Buch / genannt Vereinigung der *Protestirenden* zu Straßburg / mit der Römis. Kirchen / gedruckt im Jahr Christi / 1690. in 8.

Frommer Christen hoher Ehrenstand / auß Heil. Schrifft hervor gesucht / und in 8. unterschiedlichen Ehren-Staffeln zu betrachten vorgestellt / von *M.* Georg Heinrich Häberlin / *Diacono* zu S. Leonh. in Stuttgardt / gedruckt allda bey Joh. Weyrich Rößlin / *Anno* 1676 in 16.

Historische *Relation*, von denen in der Stadt Calw / der Zauberey halber beschreyten Kindern und andern Personen / samt einer Christl. Predigt / wie solchen und dergleichen Satanischen Läufften zu begegnen / *D.* Georg Heinr. Häberlins / Stuttg. bey Joh. Gottfried Zubrodt / gedruckt bey Melchior Gerhardt Lorbeer / *Anno* 1683. in 4.

* *Hæc relatio cum Concione in linguam Danicam conversa perhibetur.*

Postillæ Epistolicæ versicularis Tomi sex. Darvon der erste Jahrgang gedruckt zu Stuttgardt/ in Verlegung Johann Gottfr. Zubrodt/ von Tobias Friderich *Coccius*, *Anno* 1685. in 4.

Der ander *Tomus* gedruckt zu Tübengen / in Verlegung Philibert Brunners / bey Joh. Heinrich Reisen seel. hinterbliebenen Wittib/ *An.* 1687. in 4.

Der dritte *Tomus* oder Jahrgang zu Stuttgardt gedruckt/ bey Melchior Gerhardt Lorbeer / in Verlegung Joh. Gottfried Zubrodt/ *Anno* 1688. in 4.

Der vierdte Jahrgang gedruckt zu Stuttg. bey Melchior Gerhardt Lorbeern / in Verlegung Philibert Brunners / und Augusti Metzlers/ *Anno* 1690. *in* 4.

Der fünffte Jahrgang zu Tübingen / gedruckt bey Joh. Conrad Reiß / in Verlegung Philibert Brunners/ *Anno* 1690 *in* 4.

Der sechte und letzte Jahrgang zu Tübingen gedruckt bey Martin Rommey / in Verlegung Johann Georg Cotta / *Anno* 1692. in 4.

Christl. Huldigungs-Predigt / über 2. *Chron.* 1. *v.* 7. als Ihro Hochfürstl. Durchl. Hertzog Eberhardt Ludwig zu Würtemberg ꝛc. allhier von gesamtem Stadt-Magistrat und Burgerschafft die Erb-Huldigung den 6. *Febr.* 1693. einnahme / in der Stiffts-Kirch daselbst abgelegt / Stuttg. gedruckt / bey Paul Treuen/ *in fol.*

Christliche

Chriſtliche Leichpredigt über *2. Sam. 15. v. 25. 26.* bey hochanſehnlicher Leich-Begängnuß deß Herrn Geheimen Raths von Kulpis gehalten / den *7. Sept. 1698.* Stuttg. bey Melch. Gerhardt Lorbeer / *in fol.*

Poſtilla Evangelica Verſicularis, oder Chriſtliche Predigten / über die Sonn-Feſt- und Feyertägliche Evangelien / worinnen dieſelbe von *Verſicul* zu *Verſicul* auß dem Grund-Text erkläret werden / Stuttgardt / in Verlag Auguſtus Metzlers / gedruckt bey Paul Treuen / 1659. in 4.

Manuſcriptum.

Catechismus Dogmaticus, d. i. Chriſtl. Predigten über den Würtembergiſchen Catechiſmum / darinn der eigentliche Verſtand deſſelben von Stück zu Stück deutlich erklärt / und auß Heil. Schrifft erwieſen wird / mit angehencktem Unterricht / Warnung / Ermahnung und Troſt nach Gelegenheit deß Texts vorgetragen zu Cantſtatt / *Anno 1670.*

Catechiſmus Normaticus, oder Chriſtl. Predigten über den Würtembergiſchen Catechiſmum / darinn derſelbe vorgeſtellt wird als ein Richtſchnur / 1. Im Glauben. 2. Im Leben. 3. Im Leyden. 4. Im Sterben / zu Cantſtatt vorgetragen / *An. 1672.*

JOHAN-

Nat. 1645. El. 1690. Ob. 1705. JOHANNES GEORGIUS ESAIAS SICHIUS, Gymnasii Stuttgardiani Rector primus, Serenissimi Consiliarius & Abbas San-Georgianus designatus, mundum intravit 1645. d. 22. Febr. Vaihingæ, Parentibus Johanne Georgio, Archigrammateo primum Vaihingensi, dein Maulbrunnensi; Matre Annâ Mariâ Riegerinâ. Pietatis & Literarum tyrocinia ibidem posuit intrivio, ex quo 1659. in Maulbronnense & sequente Anno in Bebenhusanum, extremò in Stipendium Ducale receptus, cursum Philologiæ & Philosophiæ eâ cum dexteritate pertractavit, ut 1664. gradum Magisterii primo loco consequeretur. Theologiæ Studio imbuendus præcipitantiâ Linguæ naturali ferè absterritus ad aliud studium animum applicare constituerat, nisi Parentis admonitio constans obstitisset, cujus consilium Concio in Examine Consistoriali articulatè habita corrobravit. Itaque Ober-Kirchum, Episcopatus Argentinensis oppidum, Wirtembergico Duci oppignoratum, sed Pontificiæ Religioni, paucis admodum civibus exceptis, deditum, missus, vicarias operas ea cum mansuetudine & propositionis Homileticæ applausu præstitit, ut aliquot animas Evangelicæ Veritati sponte accedentes Christo lucrifecerit. Inde Anno 1667. Blabyram ad Præceptoratum Claustralem ætatis anno 22. vocatus usque ad annum 1671. ibi perseveravit; quo ad Diaconiam Göppingensem promotus. Enimverò decimestri nondum exacto, Blabyram ad stationem Præceptoris Superioris revocatus, usque ad annum 1683.

isti

isti Scholæ inserviit. Jolepho autem Gmelino, Pædagogarchâ Stutrgardianô mortem obeunte ipse Successor declaratus ope divina, consiliis maturis, nec non Fautorum adminiculo Pædagogium in Gymnasium modernum secularibus votis expetitum evexit, nihilque adeò illorum omisit, quæ ad incrementum & splendorem istius pertinere videbantur. Erecto igitur istiusmodi Lyceo ipse primus Rector constitutus officium præclarè ab An. 1685. gessit, usque ad obitum. Quare Ser. Princeps fidem & merita ejus considerans designaturam Abbatiæ San-Georgianæ in Sylva Marciana Rectoris muneri anno 1704. clementissimè adjecit. In Conjugio vixit ab anno 1671. cum Anna Juditha, Viti Deschleri Consulis Blabyrensis Filiâ, ex qua Filium reliquit Dominum Joh. Georgium, Intimi Consilii Secretarium. Vir de cætero animi & linguæ liberioris; Didacticus planè singularis, & in omni literatura elegantiore versatissimus; Multorum, cum Optimatum favore floreret, asylum ad auxilium cujusvis pronum ac paratum. Morbo ventriculi gravissimo consumtus Spiritum Deo reddidit Anno 1705. d. 6. Octobr. ætatis 60. mens. 7. & dimid. Concionem Funebrem habente Domino Erico Weissmanno, Antistite Cathedrali ex 2. Reg. II. v. 3. Den von den Häupfern der Propheten Kinder auß der Sterblichkeit lebendig hingenommenen Auffeher Eliam deprædicante.

Scripta.

Scripta.

Kurtze Einleitung zur allgemeinen Weltlichen *Historie*, nebst einer Zeit-Rechnung und Erd-Beschreibung / Stuttgardt/ *Anno* 1707. *in* 12.

Nat. 1645. *Cl.* 1690. *Ob.* 1693. TOBIAS HESSUS, Ecclesiastes Biberacensium matutinus ortum suum debuit Wirtembergicæ ditionis pago in Diœcesi Stuttgardianâ, Bernhusæ d. 18. Decembris, Anno 1645. natus. Patrem habuit ejusdem nominis ibi Pastorem; Matrem Barbaram Rielederiam. Voto paterno sacris dicatus cum sincerâ pietate literas tertio jamdum ætatis anno ediscere cepit sub informatione parentis, eâ quidem tùm docentis tùm discentis industriâ, ut absque ullius Scholæ frequentatione nondum undecennis in Examine Stuttgardiæ annuo idoneus fuerit repertus, qui d. 1. Nov. An. 1660. in Collegium Alumnorum Maulbronnensium reciperetur. Quinquennium in eo commoratus Anno 1665. mense Augusto, Academiam Tubingensem & Stipendium Illustre ingressus, biennii spatio Philosophiæ studium gnaviter excoluit Magisterii honoribus d. 14. Aug. An. 1667. tertio, quem meriti vocant, loco inter 20. Candidatos ornatus. Theologiæ initiatus Disputationem de Lege Morali sub Præsidio D. J. A. Ossiandri An. 1670. d. 22 Junii, aliamque de Certitudine Gratiæ & bonis Operibus sub Balthasaris Raithii D. moderamine defendit. Primitias suæ doctri-

doctrinæ dedit loco natali parentis jamjam ſeptuagenarii & Miniſtri ſemiſecularis vices peragens ab An. 1670. usque ad 1671. quo ſenex beatè obiit. Tubingam deinceps redux mox ac Eccleſiam Knittlingenſem Superattendenti vicarias operas præſtiturus ablegatur,& peractis illis in Eccleſiam Denckendorffenſem,ubi perſeveravit usque ad An. 1675.quo Kohlſtettenſium Parochus in diſtrictu Auracenſi ordinatus eſt. Cum verò An. 1680. Imperialis Civitas Biberacenſis, quæ inde à temporibus ſuæ reformationis præcipuos Eccleſiæ ſuæMiniſtros è Wirtembergico Ducatu obtinuit; in locum B. Nicolai Kühnii, Paſtoris, quam vocant Matutini, adeòque primarii, alium à Sereniſſimo Principe Wirtembergico ſummiſsè expetteret, Heſſus noſter Illuſtris Conſiſtorii ſuffragio vocatus diu ſe excuſavit, imparem ſeſe tanto muneri cauſatus. Victus tamen Theologicis rationibus paruit, & Antiſtitio iſtius Eccleſiæ 13. annis dexterrimè præfuit. Conjugali amore complexus eſt Agnetem, M. Joh. Martini Laiblini, Paſtoris itidem Bernhuſani filiam virginem, quæ 19 annorum ſpatio quatuor enixa liberos,tres Patri ſuperſtites, alteri matrimonio, quod cum M. Theodoro Fabro, Feuerbacenſium Paſtore contraxit, intulit. Ipſe paucis ante beatum exitum diebus curriculum vitæ ſuæ breviter conſignavit, ſuisque, ut absque omni pompâ humaretur, præcipiens placidè expiravit d. 4. Novembr. hora 5. Anno 1693. ætatis 48. Miniſterii 18. Cui Lud. Schopperus, quem Collegam impenſius dilexerat, juxta ultimam ejus voluntatem ſuprema verba fecit, ex Pſ. 84. v. 12.13. Ea quippe ideò in deliciis habuit, quoniam in Deo

confisus erat semper, nunquam confusus. Unde anchoram spei symbolum in sigillo gestavit cum lemmate: Spes non confundit.

Hæc ex ἀυτοχεἰρῳ B. Viri nobis à Vidua humaniter communicato & Latinè reddito. Epitaphii summi Elogii instar esse potest octostichon vernaculo sermone Concionibus ejus Irenicis mox recensendis adjectum à Martino Wielando, U. J. D. & Consule Biberacensi, quod sic habet;

Wer so sein heilig Amt/wie Er/Herr Pfarrer/führet/
Und ohne Scheu und Reu / was jederman gebühret
Darff sagen / zielt genau auf Fried und Einigkeit
Der bleibt beliebt/belobt den Frommen jederzeit.
Ja selbst der Friedens-GOtt würd reichlich ihn belohnen/
Und gnädig setzen auf die nimmer-welcke Kronen
Der Ehren hier und dort. Deß Neidhardts Frevel-Zahn
Sein' Zier Ihm nimmermehr durch Schmach versehren kan.

Scripta.

Scripta.

Civile Irenicum, das ist/ Stifftung eines Bürger- oder Statt-Friedens bestehend auf dem Grund der *Harmoni*; guten Zusammenstimmung der Obrigkeit und Unterthanen einer Stadt durch Pflicht und Gebühr-Beobachtung bey beeden Theilen/ abgesehen in zweyen besondern Predigten/ auß *Luc. XXII. v. 25.* und *1. Petr. II. v. 13. 14.* gehalten/ Krafft Obrigkeitlichen Befehls/ in der deß Heil. Röm. Reichs-Stadt Bibrach/ den *XVI.* und *XVII.* Sonntag nach *Trinitatis*, *An. 1681.* und auf großgünstig Anbegehren eines Ehrsamen/ Wohlweisen Raths/ Augspurgis. *Confession* zum Druck befördert. Ulm/ bey Christian Balthasar Kühnen seel. Erben/ *Anno 1681. in 4.* von 6. Bögen.

Wahrer Christen bestes Gut und höchste Freud/ auß dem *Ps. LXXIII. v. 28.* bey der Leichbegängnuß Herrn Martini Wielanden/ *J. U. D.* Burgermeisters/ Statt-Rechners und *Scholarchæ*, in der Heil. Römischen Reichs-Stadt Biberach/ *d. 7. Januar. Anno 1685.* in der Haupt-Kirchen *S. Martini* gehalten. Ulm/ bey Christian Balthasar Kühnen seel. Erben/ 1686. in 4.

HIERONIMUS MAGIRUS, Ecclesiæ Tubingensis Diaconus, nascitur Cellis Alpacensibus, Wirtembergicæ *Nat. 1662. Cl. 1690. Ob. 1692.*

ditionis pago non longe ab Eſslingâ Imperiali diſtante, d. X. Decembr. An. 1662. Patre M. Johanne Conrado Magiro, Eccleſiæ Zellenſis Paſtore; Matre autem Priſcâ, natu Welſchiâ; Avus paternus fuit Johannes Conradus Magirus Med. D. & Poliater Stuttgardianus. Proavus autem Samuel Magirus Tubingenſis primùm Eccleſiæ Diaconus, poſtea Paſtor & Superintendens Beſigheimenſis. Inter cæteros majores numeravit, Joh. Magirum, Præpoſitum Stuttgardianum ſuprà laudatum. Et Davidem Magirum iſtius filium, JCtum in Academiâ Tubingenſi. Avus maternus fuit Chriſtophorus Velſchius, celebrati apud Roteburgenſes Tuberanos Nominis Vir. Grammatica rudimenta & logica noſter Göppingæ diſcit: Poſt in Monaſteriis, Blaviſontano atque Bebenhuſano humaniora excolit ſub Abbatibus hic Johanne Conrado Zellero; ibi Joſepho Cappelio. Accepto primæ laureæ gradu ſecundum quoque nanciſcitur, An. 1685. primò inter 35. ex Ducali Stipendio Competitores loco. Theologiæ porrò incumbit atque Examen Miniſteriale ſuſtinet Stuttgardiæ Anno 1685. Vicarias in Eccleſiis Cantſtadienſi, Waldorffenſi & Ober-Eſslingenſi operas item præſtat; Metaphyſicam deinceps & Linguam Hebræam in Gymnaſio Stuttgardiano profitetur modo Vicario. In Speculativis dehinc Comilitones antecellit, famamque in iſto ſtudiorum genere inſignem ſibi parat. An. 1688. cum ternione Commilitonum (Hieronymo Velſchio, Eccleſiæ Stuttgardianæ Xenodochialis, Andrea Adamo Hochſtettero, Tubingenſis, Gottfrido Hofmanno, Stuttgardianæ item ad D. Leonhardum Diaco-

Diaconis, quibuscum amiciſſimè ſemper ac jucundiſſimè vixit, omnesque itinerum moleſtias patienter tulit) juſſu Sereniſſimi Principis Adminiſtratoris, ſingulari Exemplo profectionem ſuſcipit ad exteros, atque Argentorati Theologos audit Sebaſtianum Schmidium, Fauſtios, Salzmannos. Theologiæ imprimis Morali dat operam præeunte Joh. Joach. Zentgravio, SS. Theol. D. & Moralium Profeſſore celebri, in cujus etiam ædibus habitavit; ibi concionatur cum applauſu Baſileæ vivit in convictu Joh. Zwingeri, Theologi inter Reformatos celeberrimi atque apud Baſileenſes primarii. Apud Tigurinos innoteſcit Johanni Henrico Heiddeggero, & Johanni HenricoSuicero, Illuſtris ibiScholæ Profeſſoribus. Ulmam deinde progreditur, ubi ſummè Reverendo Dn. Vejelio innotuit, à quo poſtea literas non unas accepit. Viſâ Norimbergâ compellatisque ibi Viris Clariſſimis, Johanne Feuerlino, Seniore Paſtore & Bibliothecario, Erasmo Franciſci, Johanne Wülfero, aliisque, Altorffium concedit, aditque Theologos Johannem Fabricium & Chriſtophorum Wegleiterum, itemque Johannem Chriſtophorum Wagenſeilium JCtum & Philologum imprimis ſubactiſſimum: Et quia Philoſophiæ experimentalis & curioſæ cupidus admodum erat, familiaritatem quæſivit celeberrimi Sturmii. Viſis deinde nobiliſſimis Franconiæ urbibus, Bamberga, Forchemio, Coburgo, Salfeldium Rudolſtadiumque venit. Jenæ apud Joh. Guil. Bajerum divertit: Georgium quoque Gözium præſtantiſſimum Concionatorem audit. Erfordiæ in hoſpitio D. Joachimi Juſti Breithaupti, Eccleſiæ Lutheranæ tum Antiſti-

tis, nunc Theologiæ Professoris in Halensi Saxonum Academia, vivit & in pretio ab illo habetur. Vinariæ Gothæque Bibliothecas excutit atque hic innotescit Tenzelio. Martisburgi compellat Valentinum Sittigium celebrem inter suos Oratorem, Concionatorem Aulicum. Cizam porrò adit atque inde Meuselvizium proficiscitur, ubi ab Illustrissimo Viro, Domino Vito à Seckendorff, multâ cum benevolentiâ exceptus fuit. Dresdæ in hospitio vivit famigeratissimi Domini D. Speneri, Aulæ tùm supremi Ecclesiastis. Vitebergæ verò præter reliquos audit Michaëlem Waltherum, Schurzfleischium, Dassovium, alios. Magdeburgum concedit, visendi Domini Christiani Scriveri, Theologi excercitatissimi causâ. Tribus autem integris Anni quadrantibus post vivit Lipsiæ: ibique manuductione Johannis Olearii gaudet in Exegeticis, quæ mirè amavit & excoluit: Audit quoque Carpzovium, Menkenium, Rivinum, Seligmannum, inprimis autem in pretio habetur à D. Adamo Rechenbergio, qui ipsum sæpè literis postea compellavit. Ex hâc Academiâ vocatur ad Diaconiam in Ecclesiâ Tubingensi, vacuefactam obitu præmaturo, Domini M. Ferdinandi Wolffgangi Harpprechti, Theologi Doctissimi Pientissimique, cujus etiam Viduam, Julianam natu Moseriam duxit in matrimonium; quod non minus ac prius, tum suavissimâ Concordiâ tùm & unius Filiolæ susceptione, tum aliis dotibus à Conjuge Christiano desiderabilibus ditatum à Patre luminum fuit. Laudemque imprimis meretur, quod privignos suos tanto (raro ejusdem equidem exemplo) amore prosecutus est & educavit tàm egregiè, ut illorum natu

major

major 6. Annorum puerulus & rei Christianæ & literariæ notitiâ alios penè omnes superârit, cumque post Vitrici fata decumberet, S. Evchariſtiam efflictim desideraverit. Ipse Vir erat, quem ob dotes insignes Academiæ Tubingensis Rector suo & Collegarum nomine appellavit columnam in æde Dei raram ac singularem spectati roboris, & eximii virgoris. Nec enim (sunt verba programmatis ut hactenus) aut eruditionis quicquam in eo, aut fidei & assiduitatis in officio, aut probitatis ad Exemplum desiderabatur, qui proin facilè sibi ab omnibus conciliavit benevolentiam, æquitate præsertim & modestiâ conspicuus, tametsi quippe excellens Philosophus audiret & sublimioribus posthâc studiis ab ipso Sereniſſimo destinatus esset; ipse tamen pluri-faria pietatis exercitia, his piè præferre, & Cœlum, quàm terram spirare maluerit; illud sæpius in ore ac pro votorum fastigio habens, ut in mediocris saltem pagi pastoratu sibi summi Animarum Pastoris Ovile, majore, quàm alibi fieri indoluit, cum fructu & numero adaugere liceret. Cætera Magiri elogia, nempe indefessam vigilantiam & industriam; ardentissimum in publicis sermonibus Zelum, devotam in Deum pietatem; inculpatam vitæ sanctitatem, submissam erga Superiores observantiam, suavem erga æquales; & quosvis alios facilitatem; antiquam fidem; probitatem; candorem & omni fortunâ moveri nesciam mentis rectitudinem; infractam in ægris invisendis promtitudinem; beneficentiam in egenos exules & miseros; illorum omnium, quæ mundus suspicit, contemtum, idem programma deprædicat. Ostensum duntaxat ter-

ris ex ſacro ſuggeſtu verba facturum, febris maligna corripuit tantâ cum vehementiâ, ut nequicquam oppoſitâ omni Medici curâ & ſolicitudine poſt conſtanter toleratos iſtum morbum comitantes acerbiſſimos dolores, accepto prius è manibus Domini Collegæ Andreæ Ad. Hochſtetteri Evchariſtiæ Viatico ſuam Deo Creatori animam reddiderit. d. 6. Julii, An. 1692. ætatis 29. Honeſtiſſimo elatum funere, pro ſuggeſtu lacrymis & luculento ſermone proſecutus eſt laudatus modo Theologus, Dominus Hochſtetterus, ex Matth. XXV. v. 21.-- 23. exponens: Die allerſeeligſte Beförderung deß getreuen Knechts GOttes zu der Freude ſeines HERRN. Epicedium cæteris præſtantius addidit Magnus Ulmenſium Theologus, D. Elias Vejelius, ita conceptum:

Vix deſiderio vix lacrimis poteſt
Ullis eſſe modus; lugubre vix melos
Ullum ſufficit, ut tam capitis pii
Fatis indoleat citis.
Eheu! junior hîc Theologus cadit.
Eheu! perpetuus lucida lumina
Claudit ſomnus? & urget fera mors Dei
Servum? nec pietas valet
Quicquam? Nec probitas nec ſapientia
Nec proferre poteſt relligio dies
Cunctis ergò bonis flebile creditur
Funus, flebilius tamen
Nuptæ; flebilius Chriſticolis quibus
Monſtravit laticis limpida flumina

Sacri. Siccinè ſors illacrymabilis
Tam caros etiam capit?
Verum flebile Cur oda quid intonat?
Magiri modo mens gaudia percipit
Cœli fonte ſalutis fruitur, DEO
Inter Cœlitum choros.

Scripta.

Tractatum de Prædeſtinatione in Epheſ. I.
et
Philoſophiam Reformatam atque Theologiæ applicatam molitus eſt.

ANDREAS DAVIDES CAROLUS, *Nat. 1658.* Superintendens Specialis & Paſtor *Cl. 1700.* Kircho-Teccenſis, Calvæ in hanc vitam *Ob. 1707.* progreſſus eſt ipſâ Petri & Pauli Apoſtolorum feriâ An. 1658. Patre, Domino Andreâ, tùm Diacono, poſt Abbate Cœnobii Georgiani, ex Memorabilibus Hiſtoriæ celebri. Matre Dominâ Evâ Mariâ, Balthaſaris Simonii, Medicinæ Doctoris & Profeſſoris Ordinarii p. m. filiâ. In ipſo teneræ juventutis flore Luſtnavium cum Parente illuc in Decanum promoto traductus, Scholam trivialem, quæ Tubingæ eſt, itinere ſemihorii quotidiano equidem non ſine moleſtiâ, ſed alacri tamen animo adiit, indolisque felicitatem protinus oſtendit, cum anno ætatis ſexto non Latinè ſolùm exercitia verteret, verùm etiam Græca jamdum legeret. Philoſophiæ initiis ſub curâ Parentis imbutus Anno 1673. ulteriorum profectuum causâ in Academiam Tubingenſem

conceſſit, ubi induſtriâ, pietate donisque aliis non vulgaribus præcellens latere diu non potuit. Habitâ igitur cum laude Pnevmaticâ Diſputatione Honores Magiſterii decimo inter 31. Competitores loco accepit. Theologiam exorſus liberum Concionandi Exercitium in Templo Xenodochiali eò facilius impetravit, quò majus æſtimium ſolidâ eruditione ſibi comparaverat; Nec enim Theoriam ſegnius excolebat, quàm Praxin. Unde Anno 1683. Facultas Theologica Orationem Anniverſariam Memoriæ Auguſtini ſacram illi commiſit, quam etiam cum Applauſu & admiratione omnium, qui eum audierant, habuit. Porrò conſcriptam proprio Marte de Jure Dei in Creaturas Diſſertationem ſub Præſidio D. G. H. Hæberlini, Theologi celebratiſſimi, maſculè defendit. Itaque Anno 1684. à Collegii Martiniani, in quod receptus erat, Ephoris Oeconomus, quem vocant, renunciatus eo ipſo publicum Eruditionis egregiæ & inculpatæ vitæ teſtimonium adeptus eſt. Inſequente Anno cum peregrinandi deſiderio flagraret, à Parentibus dimiſſus, ſalutatâ in tranſitu Argentinâ, per Franconiam, Thuringiam & Saxoniam in ditiones Guelphicas, Helmæſtadium præſertim, Marchiam, Roſtochium, Pomeraniam, Holſatiam & præcipuam Daniæ partem penetravit, diverſos Hafniæ Theologos peculiariter ſibi faventes expertus. Inde perluſtratis poſt tractum Bremenſem & Oldenburgenſem Friſiâ utrâque Belgio, Haſſiâ & Palatinatu, & viginti propè Academiis tandem An. 1686. Witebergæ ſubſtitit, ibique Vicarii Profeſſoris, quos Philoſophiæ Adjunctos appellant, munere ornatus, diſputationibus, Concionibus

& Col-

& Collegiis eximiè habitis futuræ famæ & altiori, ſi fata voluiſſent, Cathedræ præluſit. Tandem viſis ubique Viris famâ & eruditione ſummâ florentibus, quos inter literario eum Commercio complures honorârunt, in Patriam redux An. 1687. ad Diaconiam Tuttlingenſem primùm, & An. 1689. ad Calvenſem vocatus fuit. Illâ autem urbe Gallorum furore An. 1693. in cineres redactâ, non exiguam rerum ſuarum jacturam perpeſſus, in Nürtingenſi Eccleſiâ Diaconi officium per quadriennium ferè adminiſtravit. An. 1697. Decanatui Chæropolitano præfectus decennium ibi docuit. Quo ſub variis moleſtiis & laboribus exacto, cum dexteritas, prudentia, & Zelus ſingularis in eo paſſim prædicaretur, illuſtresque Viri coram agnoſcerent, à Sereniſſimo Principe nobiliſſimæ poſt Stuttgardianam & Tubingenſẽ in hoc Ducatu Ephoriæ, oppidi videlicet & Diœceſeos Kircho-Teccenſis adhibitus eſt, in quâ tamen quinquemeſtre vix complevit. Vitæ thalamique conſortem elegit Virginem Catharinam, Nicolai Hæberlini, Mercatoris Stuttgardiani filiam, decimâ prole fœcundatam, quinâ ex utroque ſexu etiamnum ſuperſtite. Theologus erat, in quo eruditæ pietatis jacturam non immeritò luget Parentator. (a) Fulerum certè purioris Eccleſiæ & Ornamentum Patriæ fuiſſe judicârunt doctiores. Etenim poſt B. Hedingeri exceſſum Anno 1705. inter Miniſterii Aulici Candidatos relatus coram Sereniſſimo Principe egregiè verba fecit, & Anno 1707. D. Reuchlino vivis erepto in ſuffragia venit, ut in Cathedrâ Profeſſoriâ illi ſuccederet. Vindicias quoque

pro

(a) *Vid. Orat. Parent. Conc. annexam.*

pro Theologis Wirtembergicis contra G. Arnoldi Criminationes adornavit, merito ſuo ab æquis rerum æſtimatoribus laudatas. (b) Plura de eo ſperare poterat Eccleſia, niſi præcocitas fatorum intervertiſſet. ſenſim quippe ex gravedine langueſcere incipiens, accedente ad febrem malignam Dyſenteria, exhauſtus, editâ memorabili Confeſſione aſſumtoque Ephodio ſacro piam efflavit animam d. 8. Septembr. Anno 1707. ætatis 49. hebdom. 11. Miniſteri. 20. Funebri Concione ex Joh. I. v. 41. Den von denen Glaubigen gefundenen JEſum/ propoſuit, M. Joh. Melchior Sattlerus, Diaconus Superior; Oratione Vernaculâ, M. G. C. Hochſtetterus, Paſtor Owenſis parentavit. Carmina ante alios adjecere Academici.

Dominus D. J. W. Jægerus. Cancellarius Tubing.

Perdidimus Carolum Patriæ Decus atque Columnam,
Sed non perdidimus vivida ſcripta Viri.
Ex Conc. Funebr.

Scripta.

Würtembergiſche Unſchuld / durch Chriſtliche Prüffung deſſen / was Herr Gottfried Arnold von deß Löbl. Hertzogthums Würtemberg Regenten / Regierung und Lehrern / bevorab von dem ſeel. *Dr. Jacobo Andreæ* aufgezeichnet und ſeiner ſogenannten

(b) Unſchuld. Nachr. *A. 1708. p. 67 ſeq.*

nannten Kirchen- und Ketzer-Historie einverleibet hat / auß Liebe zur Wahrheit / zur Ehre GOttes / und Erläuterung zerschiedener merckwürdiger Stücke der Würtembergischen und anderer Kirchen-Geschichten gründlich und bescheidentlich dargethan / Ulm / bey Daniel Bartholomä / *Anno* 1708. in 4.

Christl. Abschieds-Predigt in Nürtingen / am *XI.* Sonntag nach *Trinit. An.* 1697. gehalten / auß 1. *Cor. XV. v.* 1. 2. 3. Samt einer Bewillkommungs-Predigt bey Ankunfft Landes-Fürstl. Herrschafft gehalten / auß 1. *Petr. II. v.* 17. Tübingen / bey Joh. Georg Cotten / 1698. in 12.

Disputatio de Jure Dei in Creaturas. Præside J. A. Osiandro, D. Cancellario, Tubingæ, 1683. *in* 4.

Johannes Dallæus de Vero Usu Patrum, cum modo studiosorum Antiquitatis Ecclesiasticæ in Epitome exhibitus operâ M. A D. C. E M. cujus insuper Notæ quædam accesserunt cum Notitia Patrum quinquaginta præcipuorum summaria, Tubingæ, Anno 1692. *in* 12.

JOHANNES REINHARDUS HEDINGERUS, S. Theol. Doctor, Celsissimi Ducis Wirtembergiæ Eberhardi Ludovici Concionator Aulicus & Consistorii Per-Illustris Adsessor, mundo illucescere cepit, d. 7. Septembr. An. Chr. 1664. Parentem habuit Johannem Reinhardum, J. U. L. & Curiæ Ducalis advocatum Ordinarium, matrem Christianam, Jo-

Nat. 1664. *Cl.* 1700. *Ob.* 1704.

hannis

hannis Schübelii, Theologi inter noſtrates clariſſimi, filiam. A quibus per lavacrum baptismi Chriſto Domino ſuo adductus, in crucifixum, ceu vitæ ſuæ ſcopum, collimare didicit. Patrem nondum quadrimulus cum amiſiſſet, ſub curâ planè paternâ Vitrici, Joh. Bernhardi Schmolleri, J. U. L. & Advocati Curiæ adolevit, tametſi & iſto per obitum præmaturum fuerit orbatus. Pædagogio Stuttgardiano, quod adhuc illâ ætate florebat, vixdum quinquennis inſertus, ſæpenumerò à Præceptore primæ, & infimæ Claſſis, M. Fiſchero, interrogabatur: Quis ipſe fieri vellet? alacri animo reſpondit: Ego evadam Doctor. Neque ſegnius didicit, quàm dixerat, cum ſingulari indolis excellentiâ coætaneos omnes longo poſt ſe intervallo relinqueret, adeò, ut jam tum à dotibus Θεοδιδότοις, minimè vulgaribus, haberetur clarus. Solennibus itaque poſt Feſtum Pentecoſtale Examinibus ab Illuſtri Synedrio exploratus A. 1677. in Cœnobium Hirſaugienſe, Præceptoribus Domino Erico Weismanno, hodiè Antiſtite & Domino Joh. Stierlino, nunc Stuttgardiano, Superattendente Blabyrenſi, receptus, biennio conſumto, in Bebenhuſanum Collegium & ob profectuum præſtantiam in Stipendium Tubingenſe Theologicum extra ordinem promotus eſt, ubi vaſta & ſpinoſa Scholaſticorum opera intellectûs ſui velocitate confiſus illicò cepit evolvere, utrâque laureâ, Magiſteriali quidem Anno 1684. ſervato inter commilitones inde à trivio primatu eximiis cum elogiis ornatus. Theologiam deinceps pari ardore aggreſſus, polemices quibusdam videbatur avidior. Hinc diſputationem de Fœdere Gratiæ juxta methodum Scherzerianam

pro-

proprio Marte conscriptam sub Præsidio D. D. Hæberlini, & An. 1687. Quæstiones vexatas de Testamenti Veteris Naturâ & reali à Novo discrepantiâ, Præside Joh. Adamo Osiandro, Cancellario, masculè defendit. Præstitis porrò in uno & altero loco vicariis operis eodem anno Serenissimo Principi, Domino Johanni Friderico, Wirtembergiæ Duci adjunctus est, ut ei in Gallias iter facienti à Concionibus esset & à libellis; quocum intervenientis An. 1688. belli causâ regio arresto aliquandiu detentus est. * Reversus tamen paulopost, cum ulteriorís peregrinationis desiderio flagraret, ternionem sodalium, qui Principis sumtibus exteras in terras studiorum gratiâ jamdum abierant, sequi jussus, Stuttgardiâ Jenam, eâque intransitu salutatâ, Lipsiam se contulit; semestre ibi commoratus Professorum & admirationem & favorem sibi conciliavit facilè. Inde per Witebergam, Berolinum, Francofurtum ad Oderam, Gryphiswaldiam, Rostochium & Lubecam, Hamburgum usque penetravit, ubi visis » Theologis celeb. Winclero, Majero, Sculteto, » Hinckelmanno, consilium cepit eundi ad Batavos. » Bremâque obiter salutatâ, Gröningæ Braunium; » Franekeræ Vitringam, Perizonium; Huberum, » cæterosque Academiæ florentis (sunt ipsius verba,) Antistites habuit Informatores partim, par- » tim fautores jucundissimos. Amstelodami Vossii & Coleri Lutheranorum conciones frequenta- » vit, & hujus quidem summâ cum dulcedine, » quod splendidissimè & cum δυνάμει diceret. » Bibliopolia assiduus lustravit, Galenum Sociniа- » num, »

* *Confer. Ephemerides VVirtembergicas, p. 198.*

» num, Limborchium & Clericum Arminianos
» ſæpius audivit, vel pro Cathedrâ, vel in familia-
» ri ſocietate loquentes. Hæreſes & Schismata,
» quibus ſcatet illa urbs urbium, ſolicitè perſcru-
» tatus; tribusque vicibus cum famoſo Poireto,
» Theologo Myſtico, olim Carteſiano, nuperque
» Burignoniæ diſcipulo fabulatus eſt, circa arduas,
» quas aliter explicant myſtici, materias. Leidæ
» Spanhemium, Drelincurtium, Vitriarium aliquot
» vicibus ſalutavit; ſed publicè legentes, quod Ca-
» niculares eſſent feriæ, non audivit. Gronovii
» tamen, imprimis celeberrimi Critici, favorem lu-
» culentum expertus eſt. Roterdami Jurieum con-
» venit & Ultrajecti Græviùm cum cæteris Leydek-
» kero, Witſio, &c. Abiit in Comitatu Princi-
» pis Wirtembergici Caroli Rudolphi in An-
» gliam eodem anno, menſe Auguſto. Ubi Vices
» Domini Menkenii (qui Georgii, fratris Daniæ
» Regis Eccleſiaſtes erat,) in Aulicâ Capellâ per bi-
» meſtre tempus egit. Londini Stillingfleetum
» Epiſcopum, Boyleum; Oxonii Pocokium; Ho-
» dii Abendanam; Cantabrigiæ Wottonum, alios-
» que vidit celebratiſſimos Viros, quorum diſcur-
» ſibus (nec enim Collegia habere ac Germani ſo-
» lent,) multum, quod inglorius dixerit, profecit.
» Bernhardi verò & Dodwellum nunquam ſatis ob
» eruditionem laudare potuit, quibus ſe debere
» plurimùm profeſſus eſt. Rediit per eandem Viam
» & Gottorpii Pechlinum; Hafniæ Aulam, Ma-
» ſium, Laſſenium vidit. Stockholmiæ Proceres
» & Affinem dulciſſimam Sophiam. Upſaliæ Ar-
» chi-Epiſcopum Sebitium, jam Adlerberg; inter-

» que

que Professores Illustrem Olaum Rudbeckium. » Rediit terrestri itinere & Berolini in ædibus Illu- » stris Pufendorffii, (à quo impense dilectus fue- » rat,) febre ardenti decubuit atque per duos men- » ses ibi hæsit Cum reconvaluisset, in Patriam mense » Novembri regressus est. d. 9. April. Anno 1692. » vocatus à Ducali Consistorio, ut Serenissimo Do- » mino Administratori esset à Concionibus castren- » sibus. Rediit è militia ægrotus acceptâ clade » d. 17. Sept. propè Oetishemium, amissisque im- » pedimentis cum Heilbronnam fugâ cepisset. » Hactenus, quod peregrinationes attinet, ipsiusmet stylo recensuimus. Fessus itinerum & militiæ An- no 1694. à Landgravio Hasso-Darmstadiensi, præ- viâ Serenissimi Wirtembergiæ Administratoris, FRIDERICI CAROLI, commendatione in A- cademiam Giessensem evocatus est, quò se cum conjuge paulò ante sibi desponsatâ mense septembri contulit, paulisper tamen Francofurti ad Mœnum ex Landgravii mandato subsistere jussus. Cum verò Giessæ appulisset, Professioni Juris Naturæ & Gentiũ præfectus, spartã egregiè cepit ornare, tametsi à qui- busdam suggestui Ecclesiastico magis quàm Cathe- dræ Academicæ videretur idoneus. Unde Anno 1696. juxta Universitatis placitum gradu Doctoris Theologiæ assumto Pastor Ecclesiæ Giessensis con- suetis ceremoniis ordinatus est. Increbescente au- tem indies Viri famâ diversa patriæ Proceribus de re- vocando illo agitabantur consilia, quæ An. 1698. de- mum effectum sortita sunt, cum Celsissimus Wir- tembergiæ Dux, EBERHARDUS LUDOVI- CUS, singulari diplomate illum repeteret atque

ſupra memoratæ Eccleſiaſtis Aulici & Adleſſoris in Conſiſtorio ſtationi ſplendidæ admoveret, cui ad pium usque obitum præfuit. Thalami conſortem An. 1694. elegerat Chriſtinam Barbaram, Johannis Georgii Zierfuſii, Præfecti quondam Kircho-Teccenſis, filiam virginem, quâcum feliciter & placidè vixit nullis tamen fœcundâ pignoribus. Quo nomine nihilominus Deo nonnunquam gratias exhibuit, quod ſcil. liberis carens ea in vitia tantò minùs prolabi poſſet, quibus alioquin homines ad clavum ſedentes difficulter ſe extricare ſolent. Erat Theologus eximiis planè dotibus à benigniſſimâ Domini manu jugiter cumulatus. Staturæ proceræ & aſpectabilis formæ, quæ cum junior erat, ad virginei oris venuſtatem accederet. Eloquio ad invidiam usque potens, qui orationem prægnantem exquiſitiſſimis verborum floſculis, etiam extemporaneo ſermonis profluxu cum admiratione audientium ſolebat profundere. In omni eruditionis genere non perfunctoriè verſatus. In Philoſophiâ & Hiſtoriâ præcellens; In humaniori literaturâ, ſtylo præſertim tùm Latinæ, tùm vernaculæ linguæ, quà ſolutam, quà ligatam Orationem, ſublimis ac terſus. Artis etiam pictoriæ apprimè peritus. In vitâ Vir juſtitiæ amans, atque ad Avi, Johannis Schübelii, exemplum Heroici Spiritus & liberæ linguæ! Reſtaurationis fiſſurarum Eccleſiæ, quantum in ipſo fuit, ſtudioſiſſimus, cui ad ſolidum donorum ſuorum exercitium ſola defuit ætas. Cæterum in cauſâ Pietismi à non nullis inconſtantiæ inſimulatus; cujus hæc erat occaſio. Contradixerat B. Hedingerus, cum adhuc Gieſſæ verſaretur, machinationibus &

opi-

opiniunculis quorundam novaturientium tantâ quidem cum parrheſiâ, ut Diſputationi Valedictoriæ ſequens Corollarium ſubjungere non dubitaret: Homines, qui ſe vocant ſpirituales, ipſis carnalibus ſunt carnaliores. Sed & in concione ultimâ eosdem animosè perſtrinxerat. Unde parum abfuit, quin Dominus Landgravius, injuriam ſuis factam perſuaſus, gravius quid in eum deſignaturus videretur. Non minori Zelo contra iſtius farinæ homines etiamnum ardebat Stuttgardiæ, ubi A. 1700. offucias & impoſturas Chriſtinæ Reginæ Baderiæ, (a) quæ Viſiones & converſationes Angelorum, ſomnia & phænomena non vulgaria, imò apparitiones & colloquia ipſius SS. Trinitatis & Chriſti cum ipſâ Virginem Aſſaburgicam imitatura, jactitabat, non minùs ſolerter atque feliciter detexit, publicâ deinceps pœnitentiâ in templo Cathedrali, habitâque non quidem à B. Hedingero, cui à nonnullis perperam adſcribitur, (b) ſed à Domino D. Jægero, tùm Antiſtite Cathedrali, Concione & laboribus in Arce Tubingenſi triennio exantlatis vindicatas. Enimverò paulo poſt amore, ut ferunt, quorundam ſibi familiarium occupatus mitius ſentire cepit, atque infirmos, in fide quidem errantes, cenſuit in Eccleſiâ tolerandos. (c) Catenam tamen fidei Evangelicæ inviolatam ſervavit. Neque dubium eſt, ſi diutius vixiſſet, eum deprehenſas tandem iſtorum fraudes, maſculè repreſſurum fuiſſe. Teſtantur id-

(a) *Caroli Memor. T. II. p. m. 918. 919.*

(b) *D. Feuſtkings Gynæceum Hæretico-Fanaticum. p. m. 169.*

(c) *Vid. Conc. Fun. pl.*

ipſum partim literæ à B. Viro paulò ante fata ad G. Arnoldum ſcriptæ, partim manuſcriptum pro Pædobaptismo & S. Evchariſtiæ Uſu ſolidè adornatum, quod equidem à Dominis Conſiſtorialibus Collegis defuncto eo requiſitum, ſed à non nemine, adverſariorum partibus favente, ſurreptum perhibetur. Cæterum multa & magna ſunt, quæ parabat Vir ingenioſiſſimus, affecta duntaxat relinquens opera. Elegans opus annotationum ad N. Teſt. præcipuè laudat Dominus Parentator ſummè Reverendus. Neque inſignis induſtriæ & utilitatis laudem ei detrahunt Domini Theologi Witebergâ Saxonici, qui in multis plus exinde, quàm è vaſto Commentario hauriri poſſe fatentur. (d) Juſto itaque duriora de iis aliorum judicia eſſe hinc poteſt colligi. Non probantur noſtratibus, quæ incommodius interpretatus eſt ille, quod adjectæ libro nonnullorum cenſuræ ſatis oſtendunt. Cum tamen ſuos in quibusdam ipſemet agnoverit lapſus, & emendationem eorum alterâ curâ haud obſcurè promiſerit, mitius habendum eſſe arbitramur Virum pro Veritate non minùs Zelotem, quàm pro pietate, quanquam ſuos quoque manes paſſum; Quorſum fortean pertineat Verſionis Biblicæ Lutheri quibusdam in locis immutatio; quæ quidem ab aliis approbatur. Ultima ejus citra ædificationem haud fuiſſe obſervat Dominus Joachimus Langius parentationem exhibens excerptam. (e) Moribundus citharœdum accerſivit, qui hymnos exequiales corã lectulo emortuali modulare-

tur.

(d) *Vid.* Unſchuldige Nachrichten. *Anno 1705. pag. m. 44.*

(e) In den aufrichtigen Nachrichten.

tur. Spicula mortis diu ante sensit, dum ad occursum quarumvis Creaturarum v. g. montium, arborum, vitrorum, ad ejus meditationem pertraheretur vel invitus. Itaque cum d. 16. Decembris ex febri malignâ decumbere cepisset, adhibitis in cassum medicamentis pretiosissimis, repetitâ mentis suæ de doctrinâ Evangelii piâ explicatione, bona quæque de Principe suo, cui ultimum Vale gravi oratione, quasi præsenti dixerat, ominatus, theatrum vitæ sublunaris inter jubila animæ, sibimetipsi omnium maximè applaudentis, reliquit dominicâ post festum natalitium manè circa horam 6. d. 28. Decembr. An. 1704. ætatis 40. mens. 3. dier. 7. Ministerii 10. In memoriam ejus luculentâ Concione ex Philipp. I. v. 21. peroravit Celeb. Dominus D. Joh. Fridericus Hochstetterus Ecclesiastes Aulicus Superior, Præpositus Denckendorffensis, & Superintendens Generalis, ostendens: Wahrer Christen hohes Glück in ihrem Leben und Sterben. edit. Stuttg. Typis Pauli Treuen / in fol. Exanime corpus in sepulcreto extimo humatum ingenti luctu & lacrymarum imbre prosecuti sunt quàmplurimi; Epicediis haud pauci, è quibus sequentia enotare placuit.

Quem flagrans pietas & vasta scientia rerum
Et par SCHüBELIO Zelus ad astra vehit.
HEDINGERE, brevis POST TOT CERTAMINA vitæ
In Cœlo æternâ pace beatus age.
Nunc tibi parta quies: alio nunc lætior ore
Enarras DOMINI grandia facta tui

Ipsa etiam in terris pugnans Ecclesia semper
Sub signo CHRISTI tuta manebit ovans.

Supremæ memoriæ ergo

F.

Consilium Justitiæ Superius.

* *
*

NObile depositum Cœli DEus ipse reposcit
Quo non dignus eras, pessime munde, bono:
Portentum ingenii, atque ingens cœlestium opus vis,
Et quo vix animo vastius æquor erat:
Cui ridere minas mundi, Satanæque furorem,
Despicere ex alto vertice posse datum:
Cœlestisque omnes doctrinæ absolvere metas,
Noster HEDINGERUS SOL obit ante diem!
Aula dole: mœstoque gemens ECCLESIA planctu
Excessum tanti prosequere orba Viri:
Musa etiam lacrymis perfunde & quæstibus omnia:
Te melior cultus non sinit esse feram:
Quanquam ea non unam turbat vesania mentem
Et stupor in rigido pectore tantus adest:
Consilii ut nequeat divini cernere caussas,
Tollit ubi, ac repetit munera spreta DEus.
Ridet Hedingerus: pietas innoxia plorat
Si modo jacturam, si sua damna capit:
Gaudet Hedingerus, generosâ morte triumphans:
Cui mors in Christo, non nisi Ludus erat:

Quid

Quid porrò loquar? has lacrymas sparsisse sepulcro
Sufficit & gemitu busta notâsse meo:
O animæ pars magna meæ, pars altera salve!
Stillantes lacrymæ scribere plura vetant.

Memoriæ Viri extra controversiam Incomparabilis, Fratris in JESU CHRISTO desideratissimæ Animæ candidiss. Beatiss. præpedito ob luctum animo calamoque posuit

Andreas Adamus Hochstetterus,
S. Theol. Prof. in Acad.
Tubing.

* * *

HEdingere meis quondam deditissime Musis
Occumbis cordis portio chara mei.
Nuncius ad nostras cum venit lethifer aures
Tristis eram, gemui, totus & indolui:
MAGNUS eras, ah! quanta tuæ facundia vocis!
PURÆ quantus erat RELLIGIONIS amor.
Aulâ nunc exis, ast intras cœlica regna
Et frueris JESU dulcis amore tui.

F.

R. M. Meelführerus, S. Theol.
Licentiatus.

Effigiem Viri ab Andr. Matthæo Wolff-gango Augustæ Vindel. 1706. affabrè insculptam æri, vernaculo carmine honoravit M. Godofredus Hoffmannus, tùm Diaconus Stuttgardianus, nunc Prof. Tubing.

DEß theuren Lehrers Bild stellt nach dem äussern Schatten/
Deß Künstlers Griffel für: Die Gaben/ die sich hatten
In seinem Geist vereint / hat ehmals selbst der Welt
Sein GOtt-gelehrter Mund und Feder fürgestellt.

Scripta.

Dissertatio Theologica de Fœdere Gratiæ, juxta methodum Scherzerianam adornata & sub Præsidio Domini D. G. Henrici Hæberlini ventilata, Tubingæ, 1686. in 4.

Quæstiones Vexatæ de Testamenti Veteris Naturâ & reali à Novo Discrepantia, sub Præsidio D. Joh. Adami Osiandri Cancell. Tubing. defensæ, Tubingæ, Typis Viduæ J. H. Reisii, 1687 in 4.

Conspectus Jurisprudentiæ Naturalis, Ulmæ, Sumtibus Georgii Wilhelmi Kühnii, 1697. in 8.

Dissertatio Historica de Clypeo S. Georgii, seu Fœdere Suevico, (von St. Georgi Schild/) Giessæ, Anno 1698. in 4.

Sicili-

Sicilimenta Philosophiæ Juris ex Illustris Grotii Libris de Jure Belli & Pacis. His accessit Appendix Dissertatiuncularum queis nobiliores quædam Materiæ ad Jus Naturæ pertinentes occassione Institutionum Imperialium strictim explicantur, Giessæ Hassorum Typis Henningi Mulleri, 1699. in 4.

Germanica.

Antritts-Predigt / welche auf gnädigsten Befehl und im Gegenwart deß Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn Eberhard Ludwigs / Hertzogen zu Würtemberg und Teck ꝛc. auß dem Propheten *Jerem. XVII. v. 16.* in Hochfürstl. Hof-Capell / den *XIII. Augusti, 1699.* gehalten und gedruckt worden / bey Paul Treuen / Stuttg. 1699. in 4.

Christliche wohlgemeynte Erinnerungen / die Unterrichtung der lieben Jugend in der Lehre von der Gottseligkeit betreffend / wornach sich so wohl Kirchen- und Schul-Lehrer / als auch fromme Eltern / Herren und Meister zu prüfen haben / Stuttgardt / druckts und verlegts Melchior Gerhardt Lorbeer / *Anno* 1700. in 8.

Andächtiger Hertzens-Klang in dem innersten Heiligthum Gottes einer glaubigen Seele mit Psalmen / Lob-Gesängen und geistl. Liedern angestimmet / oder neuzusammengelesenes vollständig-Würtembergisches Gesang-Buch / darinn über 700. alte und neue Lieder enthalten / allen GOtt-liebenden Seelen zu andächtigem Gebrauch in 4. Theilen

eingetheilt / samt einem Anhang der vornehmsten Glaubens- und Lebens-Reguln/ wie auch etliche Gebette / Stuttgardt / bey Paul Treuen/ 1700. in 8. 1705. in 12.

Kurtze Anleitung und wohlgemeynte Vorschläge/ wie es mit einer nutzlich- und erbaulichen Predigt-Art anzugreiffen / und die vorscheinende Mängel zu verbessern. *Loco appendicis* an Bidembachs *Manuale* beygedruckt / Stuttgardt / bey Christian Gottlieb Rößlin/ 1701. in 8.

Drey absonderliche Bußpr. Stuttg. 1701. in 8.

Gottgeheiligter Christen Ritterschafft und Helden-Kampff zu letzten Ehren deß Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn/ Herrn Ferdinand Wilhelmen / Hertzogen zu Würtemberg und Teck ꝛc. (Neuenstättischer *Linie*,) als derselbe den 12. *Septembris*, 1701. in der Hoch-Fürstl. Grufft zu Neuenstatt / mit Fürstl. *Ceremonien* beygesetzet würde / den 13. *ejusdem* in Beyseyn hoher Leyd-Tragenden/ auß 1. *Timoth. II. v.3.4.5.* erklärt/ Stuttgardt/ 1701. *in fol.*

Der kleine Catechismus Lutheri/ denen welche von Anfang daran gewöhnet worden / zum Nutzen und Belieben mit einigen nöthigsten Frag-Stücken und Zeugnüssen / der Heil. Schrifft erweitert und erläutert/ samt einer fürläuffigen Anzeige / wie ein einfältiger Christ die Folge und Zusammenhängung der Glaubens-Lehren zu fassen habe/ Stuttgardt/ bey Paul Treuen/ 1701. in 8.

Bibli-

Biblisches Schatz-Kästlein / oder vollständiges Spruch-Buch / die edelsten Kern Sprüche zum wahren Glauben / Göttlichen Wandel und kräfftigen Trost im Leben und Sterben gehörig zum Nutzen der Schul-Jugend. In *VII.* Theil / Stuttgardt / bey Paul Treuen / 1701. in 8.

Christliche Predigt von geistl. Anfechtungen / bey Gelegenheit eines betrübten und bedencklichen Falles. Andern zur Wizigung / Unterricht und Trost / in Hoch-Fürstl. Capell gehalten / auß 1. *Cor. X. v.* 12. 13. Stuttgardt / 1702. in 8.

Schrifftmässiger Unterricht an die Gemeinde GOttes / wie man so wohl die Schwehrmuth und tieffe Traurigkeit der Glaubigen / als auch und fürnemlich die öffters mit eingeflochtene hohe und geistl. Anfechtungen / deroselben klüglich und ohne Verletzung der Liebe beurtheilen solle / samt einer fürgängigen kurtzen Anleitung / wie mit solchen Personen umzugehen / Stuttg. 1702. in 8.

Passions-Spiegel / oder zwölff andächtige Betrachtungen / über so viel merckwürdige Umstände deß blutigen Leydens und Sterbens JEsu Christi unsers HErrn / deren jede mit drey Lieder begleitet / daraufhin die von den Heil. Evangelisten beschriebene Leydens-Geschicht an und eingeführt. Solche auch mit etlichen der Gottes-gelehrten Anmerckungen erläutert wird / Stuttg.

Ver-

Verlegts Augustus Metzler; druckts Paul Treu/ 1702. in 8.

Das Neue Testament unsers HErrn und Heylands JEsu Christi/ nach der Ubersetzung deß seel. Herrn *D.* Martin Luthers mit außführlichen *Summarien* / richtigen *Concordanzen* / nöthigen Außlegungen der schwereſten Stellen / auß gedachten *D. Lutheri* Rand-Glossen und anderer bewährter Lehrer Anmerckungen genommen / nicht weniger mit Schrifft und Capitel-mässigen Nutz-Anwendungen reichlich versehen / und nach den besten *Exemplarien* von vielen eingeschlichenen Fehlern sorgfältig *corrigirt* und gebessert / Stuttgardt / bey Christian Gottlieb Rößlin/ 1704. in 8.

Biblia, das ist / die gantze Heil. Schrifft Alten und Neuen Testaments / nach der Ubersetzung *D. M. Lutheri*, mit *pünctlichen Summarien* / sehr vielen *Parallelen* / weitläuffigen Vorreden / neu-verfertigten Land-Carten/ kurtzer Zeit-Rechnung und *Harmoni* der Evangelisten / Erklärung vieler unbekannter Teutschen Wörter / samt andern dienlichen Zugehörden aufs neue und zur Gnüge versehen / und mit saubern Kupffern/ fürnehmlich einem Abriß der Stadt Jerusalem und der fürnehmsten Heiligthümmer deß Levitischen Gottes-Diensts gezieret / auch nach dem Grund-Text und den bewährtisten so wohl alt-als neuen *Exemplarien* aufs fleissigste *revidirt* / und von einer grossen Menge ein-

eingerissener Fehler befreyet: Samt einer Vorrede deß Hoch-Fürstl. *Consistorii*, Stuttgardt/ bey Paul Treuen/ 1704. in groß 8.

CHRISTOPHORUS REUCHLINUS, SS. Theologiæ Doctor, ac Professor. in Academia Tubingensi Publ. Ordinarius, Ecclesiæ Decanus, & illustris Stipendii Theologici Superattendens, Patrem nactus est Tubingæ, Anno MDCLX. ipso illo anniversario die Sacro, quem pia antiquitas. Jubilate, appellavit, Civem quondam Universitatis Davidem Reuchlinum, matremque spectatæ virtutis fœminam, Annam Elisabetham, cognomento paterno Kleiniam: Avum verò habuit M. Leonhardum Reuchlinum, Argentorati ad D. Thomæ Diaconum, ejusdemque nominis Proavum Pastorem Gersthemensem: tùm in majoribus numeravit Abavum Antonium, Hebræarum literarum in Academia Argentoratensi Professorem, & in Templo, quod vocant, Prædicatorum, Diaconum, Atavumque Dionysium, magni quondam Viri, Johannis Capnionis, quem memorabili admodùm Apotheosi celebravit Erasmus, fratrem Germanum, & B. Lutheri amicissimum. Primam ætatulam pro eo, ac par erat, solicite admodum rexerunt ac curârunt optimi parentes, & pater imprimis egregiam pueri indolem privatis Præceptoribus ad exemplum institutumque majorum formandam tradidit, huncque curæ suæ fructum mox tulit, ut jam A. MDCLXXI. in civitatem academicam adscriberetur, & post jacta melioris Philologiæ ac Philosophiæ fundamenta

Nat. 1660.
Cl. 1700.
Ob. 1707.

Anno

Anno MDCLXXIIIX. inter octo ac triginta Magisterii Philosophici Candidatos septimum obtineret locum. His adjumentis doctrinæ solidioris cum non ad vanitatem, sed agendam vitam utendum sibi judicaret, illustre ingenium altioribus studiis dedit, & Philosophiam non populare artificium, nec ostentationi paratum, nec in verbis, sed in rebus esse, tum animum formare & fabricare, quin & vitam disponere, atque actiones regere, existimavit. Erant autem in eo plurimæ literæ, nec eæ vulgares, sed interiores quædam & reconditæ, quibus præsidiis præmunitus ad diviniorem disciplinam, Theologiam, sese contulit, primaque sanctioris illius studii tirocinia hic Tubingæ, ductu celeberrimorum tunc temporis Theologorum, Joh. Adami Osiandri, Academiæ Cancellarii, & Georgii Henrici Kelleri, deposuit. Inde Anno MDCLXXIX. ulteriorem ingenii cultricem sibi delegit illustrem Levcoream, ibique denuo eloquentiam studiaque liberalia non magis cupide, quam laboriossimè, discendo docendoque, exercuit. Historiam utramque didicit sub magistro excellentissimo, Conrado Samuele Schurzfleischio: Philologiæ Græcæ Præceptorem habuit non pœnitendum Balthasarem Stolbergium, qui in eo literarum genere cumprimis excellebat: Orientis vero linguas & Eloquentiæ Sacræ rationem à Celeberrimo Theodoro Dassovio, nunc in Academia Kilonisi Theol. Professore meritissimo, accepit. Ita veró sub clarissimis magistris optimas artes edoctus, non jam satis habuit discere, sed docendo quoque vires ingenii periclitari non dubitavit, sicque se docendi muneri maturè præparavit. Hinc

ex

ex eo tempore, quo in Magistrorum docentium, quos (Philosophiæ Adjunctos vocant) numerum Anno MDCLXXXI. fuit receptus, præter scholas privatas, ex omnibus probè disciplinarum partibus, varia, eaque selectiora argumenta, DE Scientia DEI, Æternitate Essentiarum, Notitia DEI Naturali, Omnipræsentia DEI, Artificio Jacobi Magico, Diluvio Mosaico, Dubitatione Cartesiana, &c. in materiam publicè disputandi proposuit, & adversus contradicentes in cathedra sæpius pulchrè fortiterq; stetit. Non minus autem eodem temporis spatio, quo Vitebergæ versatus est, Theologos adiit audivitque summos, Abrahamum nempe Calovium, Johannem Meisnerum, Johann. Andream Quenstedium, Johann. Deutschmannum, & Johann. Fridericum Mayerum, quibus merito suo annumeramus incomparabilem, Michaëlem Waltherum, tùm quidem adhuc Philosophum, & Mathematum Professorem, postea verò Quenstedii in Venerando Theologorum ordine Successorem. Posthæc, integro in Saxoniâ exacto sexennio, Anno MDCXXCV. in patriam reverti constituit, quanquam ægrè admodum à Præceptoribus dimissus, utpote qui rariores ingenii dotes demirati publicum ei docendi munus propediem erant delegaturi. Cum rediisset in urbem suam natalem atque Academiam, non modò privatas scholas aperuit, sed & ipse in publicum prodiit, Præsideque B. Cancellario Osiandro, non modò de Ministerio Ecclesiastico ad August. Confessionis Artic. V. scitè perquàm atque enucleatè disputavit, verùm etiam conscriptam à se dissertationem de Arianismo alio conflictu publico

ad-

adversus oppugnantes masculè defendit. Quo factum est, ut in dies quoque inter nos magis illustraretur, & primus tandem gradus capessendorum munerum sacrorum, quæ gessit diversa, Anno MDCXXCIX. hic ei obtingeret, ut Sereniſſimo tunc temporis hujus Ducatus Administratori, Domino Friderico Carolo à concionibus castrensibus & confessionibus sacris per integrum triennium esse juberetur, ita tamen, ut interim sequente Anno MDCXC. ad D. Leonhardi ædem Stuttgardiæ Diaconus etiam ritè inauguraretur, thorique sociam sibi asciſceret Virginem, Eleonoram Sibyllam, Viri nobiliſſimi atque Ampliſſimi, Dn Joh Danielis Hechleri, in Aula Sereniſſimorum Principum Wirtembergicorum Oelsnenſium Stabuli Magiſtri, nec non probatiſſimæ Matronæ, Dn. Eleonoræ Sibyllæ, cognomento paterno, Le Comte, filiam lectiſſimam: ex qua liberos ſuſcepit quatuor, unicum nempe filiolum, præmaturo obitu ereptum, tresque filiolas, quarum natu minimam paulò ante ſuum obitum amiſit, acerbiſſimèq; ad extremum usque habitum luxit, reliquas verò duas, elegantioris formæ morisque puellas, Eleonoram & Eliſabetham Dorotheam, ſuperſtites ſibi vidit. Poſt biennium Anno, videlicet MDCXCII. Eccleſiæ ibidem Collegiatæ Eccleſiaſtes Veſpertinus atque illuſtris Gymnaſii Stuttgardiani, Profeſſor conſtitutus eſt, & in utroque munere talem ſe geſſit, ut facilè omnium favorem atque amorem promereretur, ac denique ob dexteritatem, induſtriam, fidem, pietatem, atque doctrinæ excellentiam dignus haberetur, qui in lucem Academicam proveheretur. Quare Patribus Academiæ ſub finem

nem Anni MDCXCIX. à ſuperioribus commendatus, ſolennibus eorundem ſuffragiis munus Profeſſoris Theologi Ordinarii, cui more antiquo Paſtoris etiam Eccleſiæ functio conjuncta eſſe ſolet, obtinuit, ſequenti tamen demùm anno adiit, ſimulque Theologiæ Doctor ritu ſolenni renunciatus fuit. Denique Anno MDCCV. à diſceſſu Excell. D. Förtſchii in Illuſtrem Salanam, Eccleſiæ Decanus & Superattendens in illuſtri Stipendio eſt declaratus, in eâque Statione adhuc manſit, dum Imperatoris ſui, DEI præpotentis juſſu, de vitæ ſimul ſtatione deceſſit. Quâ fide autem, candore ac dexteritate, quâ ſolertia & prudentia, quâ imprimis ſingulari pollebat, quo pietatis atque doctrinæ cœleſtis ardore, has munerum diverſas obierit atque adminiſtraverit, dici ſatis haud poteſt: Inprimis verò illud dicendi flumen, aut fulmen ſingulare orationem ac vim diviniorem, perfectumque eloquentiæ decus admirabitur, quoad vivet, univerſa auditorum concio; at qui propius familiariusque Virum optimum noverunt, magis mirantur, hominem eloquentiſſimum, ita verborum in privata conſuetudine parcum fuiſſe, ut eloquentia ipſius nunquam in loquentiam degeneraverit Rerum pondera verborum ponderibus novit rependere, & de cætero idem in loco ac tempore loqui & tacere quoque didicit, atque in quotidiano nihilofecius vitæ uſu nemini gravis, omnibus vero gratus acceptusque extitit, eundemque vitæ ſanctioris tenorem conſtanter tenuit. Hactenus programma Univerſitatis Tubingenſis. Sunt tamen, quibus conventus pietatis, ut vocant, quos, domi inſtituebat privatos, in eo diſplicuere. Ce-

terum, cum à tribus inde annis perpetuis ferè capitis doloribus & invaletudine laboraſſet, vehementiorem quendam, eumque apoplecticum impetum jam D. XIIX. Martii, intra ſeptimam & octavam veſpertinam ſuſtinuit: aliquot tamen poſt diebus meliuſcule habere cœpit, & valetudinem confirmare viſus eſt. Enimverò cum hoſtes Galli lineis, quas vocant, ſuperatis, Patriam invaderent, illum diem, ſeptimamque horam, quem numerum, per illos dies fulmen de cœlo miſſum in ipſo publico ſignaverat horologio, adeò fatalem habuit, ut poſt habitam orationem ſacram funebrem, de vero noſtro inter patriæ calamitates ad DEUM perfugio, apoplexia denuò corriperetur, & integra licet mente, omni tamen linguæ uſu amiſſo, in alterum usque diem, inter motus ſpasmodicos luctaretur, donec poſt ſecundam pomeridianam inter preces amantiſſimi conjunctiſſimique Collegæ, D. Andr. Adami Hochſtetteri, placidè exſpiraret. d. 11. Junii, Anno 1707. ætat. 47. poſtridie, nempe, Feriâ II. Pentecoſtes ſepultus. Defunctum pro Concione ex Eſaiæ LVII. v. 1. 2. laudavit idem D. A. A. Hochſtetterus, Theol. Prof. Publ.

Scripta.

Diſputatio de Scientiâ Dei, Witebergæ, Anno 1687. in 4.
De Æternitate Eſſentiarum, Ibid. 1687.
De Notitiâ Dei Naturali, Ibid. 1687. 4.
De Omnipræſentiâ Dei, Ibid. 1688. 4.

De

De Artificio Jacobi Magico, Witebergæ, Anno 1688. in 4.

De Diluvio Mosaico, Ibidem.

De Dubitatione Cartesianâ. Ibidem, 1688. 4.

Dissertatio de Arianismo, Tubingæ, 1687. in 4.

Breves lineæ Arianismi, Tubingæ, 1688. in 4.

De Fundamento Fidei ex 1. Cor. III. v. 10-15. Inaugu-
ralis &. M. Christ. Eberhardo Weismanno, Tubingæ, 1700. in 4.

De Novâ Creatione, Ibid. 1700. 4.

De Evangelio, Ibid. 1700.

De Officio Christi Prophetico, Ib. 1700. 4.

De Natura fidei Justificantis, ex Joh. C. I. v. 12. &.
Vito Friderico Weibenmajero, Tubingæ, Literis Joh. Conrad. Eitelii, 1701. in 4.

De Dignitate Christianorum ad 1. Petr. II. v. 9. &. Daniele Wielando, Tubingæ, 1705. in 4.

Vid. Nova Literar. Hamburg. ad Annum 1707. pag. m. 122.

Dissertatio prima Collegii Biblici ad methodum Schmidianam adornandi, de Theologiâ &. Jo. Isaaco Andlero Bebenhusano, Ibid. 1706. 4.

Vid. Ibid. p. 124.

Germanica.

Christliche Traur- und Leichpredigt / auß 7. *Vers.* deß 27. Ps. über dem Hochseel. Ableiben deß Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn / Herrn Friderich Carln / *Administratoris* in Würtemberg / ꝛc. Stuttg. *An.* 1698. *in fol.*

Buß-Predigt über *Pſ. LXXXV. v. 1.-8.* am allgemeinen Buß-Bett- und Faſt-Tag *d. 23. Octobr 1692.* in der Stiffts-Kirchen Abends gehalten / Stuttgardt / *Anno 1692.* in 4.

Stuttgardtiſche Ab- und Tübingiſche Anzugs-Predigt. Die erſte auß *Actor. C. 20. v. 32.* in der Stiffts-Kirchen / den letzten *Decembr.* 1699. gehalten. Die andere am Sonntag *Septuageſimæ* zu Tübingen / auß *1. Tim. IV. 16.* Stuttg. 1700. 4.

Abbildung deß falſchen Phariſäiſchen und wahren thätigen Chriſtenthums / oder außerleſene Predigten / über unterſchiedliche Evangeliſche Texte / Tübingen / bey Joh. Georg Cotta / *An. 1705. 1708. in 4.*

Anhang zweyer *Rector*-Predigten / auß *1. Petr. II. 17.* von Evangeliſchen *Univerſitæten*; und *Pſ. CXI 10. 11.* von dem rechten *Methodo ſtudiorum.*

Anderer Anhang einer Leich-Predigt / bey dem traurigen Fall zweyer vom Wetter erſchlagenen *Studioſorum Theologiæ*, auß *Luc. XII. 35.-40. Anno 1704.* gehalten. *Ibid.*

Leichpredigt über Herrn Joh. Georg Goltern / *Univerſitæts-Syndicum*, nicht gar 24. Stund vor deß *Authoris* Tod gehalten / auß *Pſ. IV. v. 9. Ibid.*

Nat. 1633. JOHANNES BARTHOLOMÆUS
El. 1700. HAAGE, Celſiſſimi Wirtembergiæ
Ob. 1709. Principis Conſiliarius, Generalis Superintendens

tendens & Abbas Monaſterii Adelbergenſis, Ordinum Provincialium Secretioris delectus Adſeſſor, humanæ vitæ theatrum ingreſſus eſt Guſſenſtadii, Wirtembergicæ ditionis in Heidenheimenſi diſtrictu pago d. 6. Auguſti, Anno 1633. parentibus etſi ruſticanis, honeſtis tamen, à quibus lavacro baptismi primùm traditus Bartholomæi nomen accepit. Amiſſo autem propè Nerolingam Anno 1634. prælio & infuſis in Ducatum, velut cataclysmo quodam, Cæſareanorum copiis, peſte, bello, fame miſerum in modum deſolata fuit patria, quibus & A. 1636. parentes noſtratis occubuerunt. Infantem itaque nondum trimum ſoror 16. annorum puella in ſylvis & antris circumtulit errabunda, herbis ſylveſtribus, urticis & radicibus ſuſtentatum, donec peritura fame amicorum conſilio puellum pulvinari involutum in longo ſedili, quod Ulmæ ante orphanotrophium, ſive Xenodochium eo fine cernitur, manè exponeret. Repertum à portitore ſuſcepit Inſpector Noſocomii, cumque de baptismo illius nîl omninò conſtaret, M. Balthaſar Gockelius puerulo alterâ vice aquis luſtralibus aſperſo, Johannis nomen ſuperaddidit, de quo caſu celeberrimus Ulmenſium Antiſtes D. Conradus Dietericus peculiare conſilium de Infante reperto, de cujus baptizatione dubitaretur: Num baptizandus eſſet? formavit affirmativè pronuncians, ex fundamento regulæ Theologicæ: Non poteſt dici iteratum, quod non creditur eſſe factum. (a) Facta eſt hæc altera aſperſio d. 3. Maji, Anno 1636. Poſtea ex puerperarum hypocauſto in majus conclave translatum, Roſina

(a) In den Kern-haſften *Conſiliis Theologicis p.* 257.

ſina Hämmerlina commater aliquamdiu in curâ habuit; cum verò nocturno tempore lemures ibi graſſarentur, Matrem epilepticorum, qui peculiari æde habitant, exoravit, ut infantis curam gereret tamdiu, usque dum larvæ illæ Satanicæ ceſſarent.

Erat illa Barbara Eckhardi, Virgo 50. annorum quæ multos annos epileptico morbo afflicta tandem absque externis remediis convaluit; eaque velut Thermutis aliqua Moſen hunc ex calamitatum Nilo ereptum per omnem vitam materno amore complexa tenerrimè fovit, ita ut ſexennem Scholæ immitteret Teutonicæ & mox elapſo anno, Latinæ, ſed in vanum latrante Lyciſca, h. e. renitentibus inçaſſum quàm plurimis. Ita per Claſſes primam quidem usque ad ſeptimam aſcendens ob indolis præſtantiam jam tùm patriciis, aliisque mercatorum filiis prælatus eſt, alterâque vice in Feſto Scholaſtico, quod Ulmæ feriâ Paſchatos alterâ ſolet celebrari, in ſpecimen eorum, quæ docentur, annuum penſum in præſentia Venerandi Miniſterii omniumque Scholarcharum cum laude recitavit; ſoleñi nummo donatus, cui Patrona amictum cum libris, didactro, aliisque neceſſariis, ſuomet victui detrahens, ſubminiſtravit, aliis quoque beneficiis, quæ largiter erogare ſolet pauperibus nobiliſſima Imperii Civitas Ulmenſis, tum ex conſuetâ partis collectione, tùm ex Muſicâ gaudenti. Quæ benefacta per omnem vitam deprædicare ſolitus, Dei benedictionem ſæpenumerò Ulmenſium Civitati ad preçatus eſt. Eodem tempore etiam Informatione privatâ ſubſidia conquiſivit, Ignotis autem etiam-

num

num parentibus Joh. Fundii nomen âdſcivit, usq; ad Annum 1646. quo frater major natu, Egloshemii propè fortalitium Aſperg incola, quæſitum puerum & repertum idoneis documentis ſuæ ſanguini aſſeruit. Inde abjecto cognomine ad perpetuam rei memoriam Johannis Bartholomæi nomen retinuit. Pace deinceps Germanicæ redonatâ pii doctique Viri conſilium ei dederunt, ut Principi Eberhardo, Wirtembergiæ Duci, ſupplex factus receptionem in Stipendium Tubingenſe peteret, quo fine teſtimonialibus literis à Cunrado Merckio, Gymnaſii Ulmenſis Rectore & commendatitiis à M. Chriſtophoro Lindenmajero, Heidenheimenſium Superattendente inſtructus Stuttgardiam ſe contulit An. 1650. d. 13. Julii examinatus à M. Oswaldo, Pædagogii Conrectore & mox in Seminarium Theologicum Tubingæ cooptatus fuit, ubi Johannis Geilfuſii collegium phyſicum privatum frequentavit, habitâq; ſub ejus præſidio diſputatione tùm phyſicâ, de elementis, tùm Ethicâ de Manſuetudine utriusq; laureæ honoribus, octavo inter 18. Candidatos loco redimitus eſt, ſumtus Patronâ ſæpius laudatâ ſuppeditante. Theologiæ ſtudium exorſus in Theticis, Polemicis & Homileticis usque adeo egregiè profecit, ut non ſolùm Anno 1652. d. 19. Aprilis feriâ Paſchatos ſecundâ Reuthenæ Ulmenſis ditionis pago concionem haberet, verùm etiam Anno 1652. d. 1. Julii, ad examen citatus Stuttgardiæ concionaretur, ubi à Domino M. Joh. Joachimo Schülino, Antiſtite Cathedrali, nomine Conſiſtorii Ducalis ſtimulos ad ulteriorem diligentiam accepit, quò paulò poſt repetitioni admoveri poſſet, quam verò, ſumtibus

quippe

quippe idoneis destitutus, per Patronum suum M. Christophorum Lindenmajerum submissè deprecatus est. Mense Decembri Anno 1652. ad Parochiam, Wangen, Diœceseos Göppingensis vocatus Fauerndaviensem simul administravit non sine periculo aquarum, Ludimagistrum quoque agere coactus propter tenuitatem salarii. Quadriennio ferè exacto Kohlbergam in Alpibus promotus 12. annis Ecclesiæ inserviit. Inde Pfullingam, oppidulum, provectus, Uracensis Collegii Præsidium in conventibus polemicis cum officio Camerariatus in Capitulo Reutlingensi gessit. Anno 1677. d. 20. Febr. Superattendens Specialis & Pastor Blabyrensis declaratus est. Anno 1681. d. 13. Martii, Stuttgardiam cum aliis evocatus habitâ Concione Ecclesiastes Aulicus & Adsessor Consistorii constitutus, undecim annis tanto muneri præfuit. Cum verò appropinquante senio langueiscere cœpissent vires, Abbatiam Adelbergensem precibus obtinuit cum annexâ Superattendentis Generalis dignitate Anno 1692. solenni sacramento in Sanctiori Principis Consilio adstrictus, quam Anno 1694. d. 3. Decembris Electio in Senatum Ordinum Provincialium Ampliorem, & Anno 1699. d. 16. Julii, in Arctiorem, est insecuta. Conjugium iniit primâ vice cum Elisabethâ Civis & Pistorum Tribuni Tubingensis filiâ Anno 1653. d. 9. Maji, quæ 7. liberorum parentem fecit. Alterâ vice cum Virgine Elisabethâ Barbarâ, Domini M. Joh. Martini Laiblini gnatâ, Anno 1666. quâcum 10. filios unamque filiam procreavit, hodienum cum 3. fratribus superstitem. Unus è filiis optimæ spei juvenis, mihique, dum viveret, amicissimus,

cissimus, Theologiæ Cultor jamdum suggestui in vicem Patris adhibitus ingenti parentum dolore præmaturè obiit. Cæterúm elogia Viri heic exprimere nostrum non est. Noluit quippe multis deprædicari addito apophthegmate: Peccator sum, gratiâ divinâ indignus. Cum in aulam adscisceretur, lapidem testimonii erexit hisce verbis: Domine quis sum? & quæ est Domus mea? quod me hactenus extulisti. Quicquid sum & quæ unquam peregi in officio meo, tu dedisti, nec est, quod non à manu tuâ acceperim. Tuo nomini sit laus & gloria. Id tamen ex vero cum Domino Parentatore affirmare possumus, fuisse virum nullatenus in tanto honore tumidum aut elatum, sed candidum, gravem, cordatum, & humanum, Ministrorum Ecclesiæ Scholarumque Patronum, qui tristem ab se dimitteret neminem. Gratulamur nobis de Viri favore, quem, cum Adelbergæ vices Pastoris agerem, luculenter testatum fecit. Sit memoria ejus in benedictione tantò majori, quod orthodoxiæ semper & ubique fuit tenax & ingenia novis dogmatibus prurientia fortiter repressit, taciturnus alioqui & sermonum parcus, consilia secretioris momenti etiam erga intimos premens. Senio confectus studium veræ ἐυθανασίας dispositione domus suæ ostendit, vocatis ad se filiis & nepotibus, quibus cum præterito autumno sacras Adelbergensis Cœnobii ædes, publico processu ingressus, M. Godofredo filio, in solatium Patris, Pastorem ibi agenti in mandatis dedit, ut præambuli loco beneacta Dei, quæ in ipsum contulerit, commemoraret, ultimumque suo nomine auditoribus Vale

diceret. Ita non tam marasmo senili, quam podagricis doloribus sensim exhaustus placidè obdormivit in Domino d. 11. Junii, à meridie Anno 1709. ætatis 76. bimestri ferè minor. Ministerii 57. Concionem funebrem, quam ipse composuerat, è suggestu recitavit Dominus M. Wolffgangus Ludovicus Lieschius, Göppingensium Superattendens Specialis ex Ps. 139. v. 14. repræsentans: Den auß dem Wasser gezogenen Mosen / oder danckbare Betrachtung der wundersamen Wercke GOttes. Subnexâ vernaculâ parentatione. Carminibus Præsulem post tata venerati sunt varii. Effigiem ex vivo sculpsit Bernhardus Vogel, Aug. Vindel. cui epigramma subjecit gener Joh. Georgius Hauptius:

So sah Herr HAAGE auß! diß Bild
ihn in dem Leben
Wahrhafftig præsentirt/ wie war doch
das umgeben
Mit Glauben/ Gottesfurcht/ Auf-
richtigkeit und Lieb
Der still-beredte Mund all Heuche-
ley abtrieb.

EPICEDIA.

DUm sonat horrificis Sors heu! miseranda procellis,
Nosque omnes circum stant timor atque MINÆ.

Tu felix nimium, turbis qui excedis, HAGENI,
Linquis & hos strepitus anxificosque metus.
Tu nunc ærumnis & carcere liber ab omni
Ocia cum Superis non peritura capis;
Aurea pax ubi nunc curas compensat amaras,
Dignaque pro meritis munera lætus habes.
Ossa cubant tumulis tranquillâ pace quietis,
Nominis *at Patrio vivet in orbe* DEcus.
At tu summe DEus! *custos mitissime gentis*
O Arx, ô Patriæ portus & aura sacræ.
Audi vota Parens, audi Sanctissime, nostra
Ætbereæ reserans claustra verenda Domus.
Tu mentem reliquisque piam, Tu nescia frangi
Pectora, Victricem Tu simul adfer opem.
Præstantes Virtute Viros nunc suffice rursus
Pro Patriâ cupidos fortia ferre suâ.

Honori novissimo desideratiss.
Collegæ
F.

Statuum Provincialium Ducatus Wirtemb. Senatus.

* * *

QUem puerum fecit Deus orbum utroque Parente
Conscriptis Patriæ est redditus ille PATER. *
HAAGIUS in teneris duplici de fonte levatus**
Ærumnæ } vires sustulit inde novas.
Baptismi }

* *Præsul.* ** *Bartholomæus.*

Ut, quem dira fames herbis pascebat amaris, **
Christicolas vivo pane cibaret oves.
Et miserum miserans quem virgo exceperat, Aula
Cum magno ereptum MOSE teneret ovans.
Nomine mutato bis tinctus; bisque repertus ***
E DUMO patriam repperit ille DOMUM.

Ita manes optimi Senis veneratur

Author
L. M. F.

Scripta.

Kurtze *Sermon*, als die Durchleuchtigste Prinzessin / Eleonora Dorothea / deß Durchl. Fürsten und Herrn / Herrn Wilhelm Ludwigs Hertzogs zu Wirtemberg und Teck ꝛc. Und der auch Durchl. Fürstin und Frauen / Magdalenä Sibyllä / Hertzogen zu Würtemberg ꝛc. erstgebohrne Princessin / der Hoch-Fürstl. Grufft zu Stuttg. beygesetzet worden / *d.* 31. *Maji*, *Anno* 1683. in der Stifft-Kirchen Nachts. Stuttgardt / bey Joh. Weyrich Rößlin / 1683. *in folio.*

Trauer-*Sermon*, von Preiß-würdigen Helden / als deß Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn / Herrn Georg Friderichs / Hertzogen zu Würtemberg. ꝛc. dero Römis. Kayss. Majest. *General*-Wachtmeisters und Obristen zu Fuß. ꝛc. vor Caschau in Ober-Ungarn Todes-verblichene Fürstliche Cörper in die Fürstl. Grufft zu Stuttgardt / *Anno* 1686. *d.* 11.

** 2. *Reg.* IV. *v.* 39. *seqq.*
*** *Fund. Haage.*

d. 11. *Januarii*, mit ungemeinem Fürstlich und Helden-geziemenden Pomp beygesetzet wurde / in hoher und Volck-reicher Versammlung vor dem Altar in der Stiffts-Kirchen Nachts auf 11. abgelegt / Stuttgardt / bey Joh. Weyrich Rößlins Wittib / 1686. *in fol.*

Christl. Traur- und Leich-Predigt / über dem unverhofft-doch seeligen Ableiben deß Durchleuchtigsten Fürsten / Herrn Georg Friedrichs zu Würtemberg / 2c. in der Hochfürstl. Capell zu einer Vorbereitung gehalten / auß dem 2. Buch der *Chronica Cap. 35. v. 23. 24.* Stuttgardt / 1686. *in folio.*

Traur-*Sermon*, als der Durchl. Fürst und Herr / Herr Carl *Maximilian*, Hertzog zu Würtemberg und Teck. 2c. so zu Vaihingen an der Enz / *d. 9. Jan. 1689.* seelig verschieden / *d. 7. Febr.* darauf in die Fürstl. Grufft zu Stuttgardt beygesetzt worden / gehalten im Jahr 1689. *in fol.*

Menschen-Blum in einer kurtzen *Sermon*, bey der Fürstl. Beysetzung der aufgehend / blühend / und bald verwelckender Durchleuchtigsten Prinzessin Dorothea Charlotta / deß Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn Friderich Carls / Hertzogs zu Würtemberg / 2c. Prinzessin Tochter / bey der Hoch-Fürstl. Beysetzung *d. 22. Martii*, Nachts gehalten / Stuttgardt / 1687. *in fol.*

Der auß dem Wasser gezogene Moses / auß dem 139. Ps. v. 14. oder dessen eigene Leichpredigt / Tüb. bey Joh. Conrad Reiß / 1709. in 4.

Index Partis II.

Memor. Theologor. Wirtembergenſ.

Secundus, isque Alphabeticus.

A.

Job. Valentinus Andreæ, D. Pag. 129

B.

Joh. Ulricus	*Bæuderus.*	245
Felix	*Bidembachius, D.*	32
Chriſtophorus	*Binderus, D.*	68
Joh. Hippolytus	*Brentius.*	81
Chriſtophorus	*Brunnius.*	100

C.

Tobias	*Cantſtetterus.*	304
Joſephus	*Cappelius.*	255
Andreas	*Carolus; Pater.*	332
Andreas Davides	*Carolus Filius.*	393
Joh. Erhardus	*Cellius.*	71
Wolffgangus	*Chriſtmannus.*	179

D.

Paulus Achatius	*Daſerus.*	307
		Joſephus

Josephus	*Demmlerus, D.*	*Pag.* 207
Joh. Wolffgangus	*Dietericus.*	338

E.

Melchior Sylvester	*Eckhardus.*	201
Christophorus	*Enslinus.*	62
Matthæus	*Esenweinius.*	277
Joh. Georgius	*Essichius.*	382

F.

Joh. Henricus	*Faber.*	173
Johannes	*Falco.*	198

G.

Johannes	*Gebhardus.*	114
Joh. Conradus	*Gœbelius.*	124
Jacobus	*à Grab.*	122
Johannes	*Grafftius.*	273
Erasmus	*Grüningerus.*	36

H.

Johannes Barthol.	*Haage.*	420
Georgius Henricus	*Hæberlinus, D.*	371
Matthias	*Hafenrefferus, D.*	8
Johannes	*Hauberus, D.*	50
Joh. Reinhardus	*Hedingerus, D.*	397
Wilhelmus	*Heerbrandus.*	118
Joh. Jacobus	*Heinlinus.*	158
Sebastianus	*Hemmingerus.*	91
Tobias	*Hessus.*	384
Joh. Henricus	*Hiemerus, D.*	60
Joh. Christophorus	*Hingherus.*	225

Daniel	*Hizlerus.*	75
Jonas	*Hœckerus, L.*	113
Conradus	*Hochſtetterus.*	120
Martinus	*Hockius.*	

J.

Joſephus	*Jeniſchius.*	247

K.

Georgius Henricus	*Kellerus, D.*	300
Joh. Eberhardus	*Knollius.*	325

L.

Joh. Jacobus	*Langius.*	359
Joh. Fridericus	*Lauxius.*	298
Chriſtophorus	*Lindenmajerus.*	205
Bernhardus Ludovicus	*Locherus, D.*	111
Tobias	*Lotterus, D.*	40

M.

Hieronymus	*Magirus.*	387
Jacobus	*Magirus.*	27
Georgius Conradus	*Maicclerus.*	65
Petrus	*Meuderlinus.*	115
Jacobus	*Müllerus.*	235
Johannes Jac.	*Müllerus Aldingenſis.*	250
Johannes Jac.	*Müllerus Ratisbon.*	327
Michaël	*Müllerus, D.*	343

N.

Joh. Melchior	*Nicolai, F.*	237
Melchior	*Nicolai, P. D.*	92

Index II.

O.

Christophorus	*Oertlinus*:	182
Andreas	*Osiander, D.*	1
Johannes	*Osiander.*	29
Joh. Adamus	*Osiander, D.*	285
Josephus	*Osiander.*	163
Lucas	*Osiander, Junior, D.*	44

P.

Joannes	*Pfeilius.*	108
Joh. Ulricus	*Pregizerus, D.*	84

R.

Balthasarus	*Raithius, D.*	266
Jacobus	*Reibingius, D.*	105
Christophorus	*Reuchlinus, D.*	413

S.

Michaël	*Schæfferus, D.*	57
Joh. Henricus	*Schellenburius.*	357
Josephus	*Schlotterbeceius.*	168
Henricus	*Schmidius, D.*	252
Joh Laurentius	*Schmidlinus.*	319
Johannes	*Schübelius.*	240
Joh. Joachimus	*Schülinus.*	152
Elias	*Springerus.*	170
Joh. Jacobus	*Steinhoferus, D.*	348
Davides	*Steudlinus.*	149
Levinus	*Sutor.*	183

T.

Theodorus	*Thummius, D.*	138
	Matthæus	

Index II.

V.

Matthæus	*Vogelius, Junior.*	24
Joh. Leonhardus	*Volmarius.*	164

W.

Tobias	*Wagnerus, D.*	
Erhardus	*Weinmannus.*	102
Joh. Henricus	*Wielandus.*	261
Bernhardus	*Wilderfinnius.*	166
Chriſtophorus	*Wölfflinus, D.*	312

Z.

Chriſtophorus	*Zellerus, D.*	230
Johannes	*Zellerus.*	281
Joh. Jacobus	*Zellerus.*	209

FINIS.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Fischlin, Ludwig Melchior, 1672-1729

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata h. e. Biographia Praecipvorvm Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram aetatem partim in Ducatu Wirtembergico Verbum Domini docuerunt, partim extra suam hanc Patriam vocati Ecclesiae Christi aliis in terris inservierunt, atq[ue] Vel scriptis Theologicis, vel officiorum dignitate,
Bd.: 2.

Ulmae 1710

Augsburg, Staats- und Stadtbibliothek -- Bio 2163 -2
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11235686-8
VD18 15537587-001